

DE
AFFECTIBVS GRAVIDARVM

17742
26

CONSENSV ATQVE AVCTORITATE
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
IN REGIA FRIDERICIANA
PRO
G R A D V D O C T O R I S

LEGITIME IMPETRANDO
D. XXX. MENS. SEPT. A. C¹⁷CCLXXIII.

P V E L I C E D I S S E R E T

A V C T O R

IOAN. CHRISTIANVS FRIDERICVS IMMANVEL
M E I E R

MESERICIO - POLONVS.

HALAE SALICAE AERE HENDELIANO.

ALLEGORIE GRANDARIA
CONSERVA VITAE AVATORIATATE
GRANITOS MEDICINALIS QVODINIS
IN REGIA LIBRARIA
HIPPOCRATES

de Morb. Mulier.

Custodia et scientia multa opus est, ut (mulieres) in uteris
gestent puerum, et enutriant, et ut evadant ab ipso in
partu.

Meinen
verehrungswertthen
und
menschenfreundlichen
Wohltätern,

Die mich während meines Studirens,
mit dem grössten Zutrauen:

ich werde dessen nicht ganz unwürdig sein,
aufs grossmüthigste unterstützten,

gewidmet.

— Kleift

Heidegger und die V

— Kleift

und libidinalen Zustand

— Menschenlieb — —

Wirkt Freud — — —

v. Kleift.

neibnig sonia burow holm sic

— Kleift

— Kleift

— Kleift

— Kleift

Theuersten Menschenfreunde!

Wenn es die Mode entschuldigt, Personen von hohem Range lateinische Schriften in französischer Sprache zuzueignen: so hoffe ich, wird es auch mir zu vergeben sein, wenn ich es wage, Ihnen diesen meinen akademischen Versuch mit demjenigen Grade von Hochachtung und Verehrung, den ich Ihnen schuldig bin, deutsch zu überreichen, besonders, wenn ich denen, die meine Verbindung mit Ihnen nicht wissen, sage, dass ich das Glück habe, viele unter Ihnen zu verehren, die die Sprache der Gelehrten nicht verstehen.

Ich bin weit davon entfernt, durch Ueberreichung dieses kleinen Opfers der Ihnen schuldigsten Ehrfurcht, Ihre Gewogenheit — welches vielleicht die Absicht vieler Zueignungsschriften ist — gleichsam zu erkaufen, da Sie mir selbige schon längst geschenkt, und da ich ohne selbige nicht so weit gekommen wäre.

A 3

Aber

Aber dies ist der eigentliche Zweck meines Unternehmens --
und möchten Sie meiner Kühnheit verzeihen! -- Ihnen für Ihre
Wohlthaten, mit der innigsten Rührung eines nicht ganz unempfinds-
amen Herzens, nun öffentlich zu danken; Sie um Ihre unschätzbare
Gewogenheit auch aufs künftige zu bitten; und Sie zu versichern,
dass ich Ihre grosse Wohlthaten nie vergessen, und Lebenslang, mit
dankbegierigstem Herzen, sehn werde

Theuersten Menschenfreunde!

Ihr

Halle, unterthäniger, gehorfamer
am 30. September 1774.
und ergebener Diener
I. C. F. I. Meier.



Prooemium.

Eam regionem, in qua – nihil enim de moribus dicam, virtutibus et Dei cultu atque religionis sanctitate – scientiae atque artes florunt; quae tanto gaudet exercitu, ut ab hostibus tuta sit, et, si necesse sit, fortiter se tueatur, atque defendat, illam, inquam, regionem, quae his utitur praerogativis, omnium, quae his carent, splendidissimam esse atque felicissimam, nec vero tanto gaudere splendore tantaque felicitate, nisi caeteris populosior esset, nemo sana ratione praeditus ibit inficias. Hinc facilissime colligi potest, eam regionem, quee populissima est, simul felicissimam esse. Quam maximi ergo momenti generis humani conservatio atque amplificatio sit, unusquisque facile intelligere potest. Sed ut hortulanus nec fructices nec arbores nanciscetur, nisi germen teneramque plantulam curet: Sic homo nec sanus nec robustus evadet, nec crescit, nisi iam eo tempore, cum in matris sinu adhuc continetur, ad eius conservationem omnem adhibeamus operam. Inde iam sapientissimi Veteres, sola, quae fere omnium est magistra, experientia dulci, faeminae quae utero gerit, praeceperunt, ut omnia evitaret, quae ipsi et foeti vel periculo vel exitio esse pos-



possunt. Sic orta est Diaeta gravidarum. Sed dantur quoque alia mirabiliaque phaenomena, aliisque affectus, qui ita sunt comparati, ut nunc curari possint, nunc vero tantum mitigandi sint atque leniendi, et de quibus in hoc specimine Academico agere animo concepi. Nullus quidem dubito, per multos fore, qui mirentur, me us temporibus, cum iam sublimiora ingenia hac de re multa scriperint, disputare audere. Sed admodum infrequenter, ob rei difficultatem, accidit, ut is, qui e Medicorum, veluti ex ephebis, egressurus scholis, in tam gravitamque diffusa scientia, qualis Ars medica dici meretur, eo, quod ut plurimum studiis nostris destinatum est, tempore, novi quid detegat. Iam felix est censendus, si principia tantum tantae scientiae perceperit; si ea, quae Veteres bene accurateque observarunt, noverit atque experimenta, quibus hodierna gaudent saecula, in succum, ut aiunt, et sanguinem quodammodo verterit. Accedit, quod constituerim apud me, quod unusquisque mihi, ut arbitror, facile ignoscet, de re quadam differere, cuius cognitionem haberem non solum theoreticam, sed etiam practicam; cumque per aliquot annos, scilicet ut dogmata percepta applicare discerem, et ad maiorem me praximque medicam aptiorem redderem, gravidis nonnullis ac parturientibus consilia et manus auxiliatrices praebuerim, milique quaedam hac de re observare contigerit: non abs re fore, putavi, si hanc speciminis inauguralis materiam, in qua nempe tractanda non omnino experientia propria desitutus sim, eligerem. Ut itaque RENEVOLUS LECTOR his, qualescunque etiam pro ingenii imbecillitate sint, faveat primiis, et erga me sit aequo animo, etiam atque etiam rogo.



DE



DE

AFFECTIBVS GRAVIDARVM

P A R S P R I O R G E N E R A L I S.



§. I

Antequam ipsos attingo gravidarum affectus, necesse est, ut dicam, quod mihi minime proposuerim, de omnibus agere affectibus, seu morbis, quibus mulieres graviditatis tempore affici possunt, sed de iis tantum, quorum causa ipsa est graviditas. Constat enim inter omnes, unum morbum a diuersis oriri posse causis. *Affectus* itaque gravidarum mihi illae dicuntur gravidarum affectiones, quae ipsis proper graviditatem accident; siue nunc, alio quoque tempore & ab aliis causis incidere in mulieribus possint, siue minus. Sic nausea, vomitus, communes sunt gravidis & non gravidis affectus; abortus vero solis gravidis proprius est. Nec

B con-



contendere sustineo, omnes gravidas his laborare affectibus, cum experientia contrarium doceat, multas nempe reperiendi gravidas ostendens, quae hoc vel illo tantum laborant affectu, multas vero quoque, quae ne uno quidem horum effiguntur ^{a)}. Rusticae & laboriosiores faeminae, quae robusto gaudent corpore, rarissime de his queruntur affectibus. Nec obticendum erit, me, si de graviditate dicam tantum eam intelligi velle, quam Medici veram nominant, ubi scilicet, embryo humanus in uteri cavo continetur. Excluduntur itaque omnes falsae graviditatis species, ut sunt: im-
prægratio ovuli in Tubis aut Ovario, Mola caet.

§. II.

Faemina cum viro congressu foecundo peracto, Conceptio fit ^{b)}. Temporis spatum a facta conceptione usque ad foetus ex-
clusionem *Graviditas*, *Ten. pus graviditatis*, audit. Sed factam
con-

a) Vid. STAHLLI Difert de affectibus gravidarum. Halae 1728. § 2.

b) Bene distinxerunt auctores inter signa *Conceptionis* et *graviditatis*. Vid.
ILL. ROEDERER Elem. Art. Obsterr. Goett. 1766. p. 63. § 166. not. 57.
ILL. WRISBERG. Ibid. pag. 64. §. 138. Cel. ZÜCKERTS Diet der Schwangeren und Sechszwachnerinnen. Berl. 1767. Seit. 21. §. 3. Qui omnes ea con-
firmant phænomena, quae HIPPOCRATES, Medicorum ille princeps ac
parens, pulcre descripsit, dum (de Actate Edit. VAN DER LINDEN Vol. I.
p. 312.) ait: *Mulier, quoniam in ventre conceperis, statim horret, et calor et
dolorum stridor consequitur, et convulsio occupat ram articulos, tum totum
corpus, et uterum sanguines ac torpor.* Perilliffr. VAN SWIETEN, ma-
gni arque immortalis BOERHAAVII magnus Commentator (Commentar.
in Boerhaave Aphor. Edit. Hildburgh. Tom. III. p. 450.) narrat: se plures
noſſe honestas matronas, quae aliquoties pepererant, et accurate conceptionis,
ac partus futuri, tempus ex his signis notaverant. Contigit et mihi hoc
in quadam faemina observare, quae, quamquam non tam sensibilis esse
videtur, aliquor tamen, post peractum foecundum congressum, diebus
ex his signis, se iam concepisse mihi dixit, fatusque iustum partus tempus
determinavit, sic, ut, si a tribus aut quatuor diebus discesseris, haud illius
in calculo errorem admisceris.



conceptionem mutationes sequuntur sensibiles, quae graviditatem denotant, indeque *Signa* dicuntur *graviditatis*. Sunt vero haec signa vel *certa*, vel *conjecturalia*. Priora desumuntur a mutatio-

ne oris uterini, expansione uteri, intumescientia abdominis c) et

mam-

- c) Abdominis expansio absque muscularum abdominalium extensione fieri nequit. Musculi vero, in quibus magna adeat cicatrix, connexa cum eorum concrecentia, difficillime, vel plane non extenduntur. Attamen docuit experientia, quod, musculari abdomen regentes, fere omnes discipi, et, peracta curatione, inter se invicem concreti, tempore graviditatis, absque ulla noxa, expandentur. Cum ante aliquot tempus Berolini fuerim, senex ille octogenarius, summe venerandus, ac spectabilis; Vir doctrina, experientia, prudenter et dexteritate meritisimus, cuius nomen, et ob animi mansuetudinem et ob tot tantaque in egenos benefacta, apud Berolinenses sacrum manebit; Vir omnibus, qui eum norunt, dilectus; qui *Hypogastricam Calculi sectionem*, maximo cum fructu, primus in Germania instituit (Vid. ELLERS Media und Chirurg. Anmerkungen der Operationen im Lazareth der Charité in Berlin. Seit 194.) GUILLEMVS HENRICVS PROEBISCH, Chirurgus quandam Regius Cohortis Praetoriae, Fautor mihi aeternum coledus, quandam mihi narravit casum, cuius quidem, cum primum haec scribere memini, cum vero non omnia eius momenta in memoria tenuerim, per literas a Cel. PROEBISCH petii, ut mihi casum illum notatu dignissimum mitteret, concederetque, ut eum publici facherem iuris. Quod Vixi Cel. benevolentia mihi non denegavit. Misit mihi eundem, quem etiam absque ulla mutatione, ipsissimis, ut aiunt, eius verbis transcribam:

Ein Mädel von vierzehn Jahren wurde mir dem Kopfe eines Ziegenbocks vorwärts an den Unterleib dergestalt gestoßen, daß sie auf die Erde fiel, und nach einigen Tagen eine große Geschwulst an selbigem Orte bekam. Die Eltern dieses Mädchens hatten verschiedene Mittel, die Geschwulst zu zertheilen gebraucht; weil sie aber keine Besserung davon spürten, wurde ich, dahin zu kommen, ersucht. Ich fand den ganzen Unterleib geschwollen, von dem Nabel bis an die Schambeine, an die Ossa Ilii, und bis an die Coftas spurius. Unter dem Nabel, wo die Regio Hypogastrica angehet, war eine ziemlich ausgebreitete Härte zu spüren, welche ohngefähr vier Zoll lang in gerader Linie, auf der Linea Alba, nach den Schambeinen zuging, und



mammarum, cessatione fluxus carameniorum, motuque foetus.

Po-

fünf Zoll in der Breite, oder Quere, sich erstreckte. Ich verordnere zerthei-lende Mittel von allerhand Arten. Weil selbige aber die gewünschte Wirkung nicht thaten, sondern der Schmerz sich vermehrte: so schritte ich zu erweichenden Umschlägen. Nach Verlauf einiger Tage merkte ich in der Tiefe eine Fluctuation, oder wellenförmige Bewegung einer Materie. Ich urtheile ze, daß die starke Contusion einige Blutgefäße zerriß, und das ausgetretene Gelbflüssigkeits zwischen den Musculis Abdominis und dem Peritonaco gesetzter, und in Eiter übergegangen sei. Daher befürchtete ich, es möchte die Schärfe der Materie eher das Peritonaeum durchfressen, und alsdann in die Hölle des Unterleibes fließen, und den Tod verursachen, als nach oberwärts die Bauchmuskeln, nebst ihren aponeurotischen und tendinosos Thei-ten sich erheben, welche allzuviel Widerstand verurtheilten.

Weil ich nun einen ähnlichen Vorfall bei einem Soldaten gehabt, der einen großen Tumorem über dem Nabel (Regione Epigastrica), nach einem überstandenen hitzigen Fieber, per Metastasis, bekam, und ich selbigen, da er in einen Abscëß übergegangen, vermittelst der Oeffnung, auch Durchschnei-dung der Bauchmuskeln, der Länge und der Quere nach, glücklich kurirt hatte: so stellte ich die Gefahr den Eltern vor, die zwar aufsenglich nicht einwilligen wollten, sich doch endlich entschlossen, daß die Oeffnung vorgenommen würde.

Hierauf machte ich die Oeffnung einen Zoll breit unter dem Nabel, in gerader Linie, auf der Linea alba, nach untermittet, zwischen den Mu-sculis Rectis, bis ich an den Ort der Materie hinlangete, welches ziemlich tief war. Endlich floß eine große Menge stinkender Materie heraus. Hier-auf brachte ich die holde Sonde in die gemachte Wunde, und erweiterte sel-bige auf zween Zoll lang, und verband selbige regelmässig. Ich spritzte an-fänglich reinigende, und hernach heilende Mittel in die Hohlen, welche rund-hherum giengen, hinein. Ich konnte auch das Peritonaeum durch die Wun-de recht gut sehen, welches, durch die Menge der Materie, von den Muscu-lis, etwas in die Tiefe, nach innwärts gedrückt und abgesondert worden. Ich konnte mir der Sonde, auf ieder Seite, innwärts der Wunde, drei Zoll lang in die Quere, zwischen dem Musculo Transverso und dem Peritonaco, weg-fahren.

Weil

Posteriora vero nil, nisi affectus sunt morbosī ^{d)}, qui, cum non semper a graviditate proficiunt observantur, saepe tamen, concorrentibus imprimis aliis, probabilem graviditatis suspicionem excitant ^{e)}.

S. III.

Cum nullus adesse possit effectus absque praecedente causa: morbus quoque absque causa efficiente existere nequit; inde non incongruum erit, si nunc de causis affectuum gravidarum agamus. Sed ut

Weil nun das Peritoneum sich mit den Musculis nicht wiederum verenigen wollte, und das Geshwür beständig viel Materie gab, ohnerachtet alle ersinnliche außerlich und innerlich dienende Mittel, nebst einer gehäufigen Bandage, gebraucht wurden, und dennoch keine Heilung erfolgen wollte: so entschloß ich mich, einen Kreuzschnitt zu machen, und die Musculos Rectos, nebst den andern dabei und darunter liegenden Muskeln, auf ieder Seite, wohl drei Zoll breit, durchzuschneiden, welches ich dem auch bewerkstelligte. Worauf die vier Enden von den durchschrittenen Muskeln sich senkten, und mit dem Peritoneo wieder vereinigten, und also wurde diese Patientin in kurzer Zeit vollkommen wiederhergestellt.

Ich dachte damals bei mir selbst: wie wird es dermaleinst mit der Person ablaufen, wenn sie sich verheirathet, und schwanger wird? Die Bauchmuskeln sind in der Länge und Quere durchschnitten, welche zur Ausdehnung des Unterleibes, und Austreibung des Kindes bei der Entbindung vieles beitragen; diese sind nun in ihrer Wirkung und Verrichtung sehr geschwächt worden!

Unterdessen habe ich nachher, durch zuverlässige Nachricht vernommen, daß diese Person sich verheirathet, auch schwanger und glücklich entbunden worden, auch vielleicht noch lebet und mehrere Kinder zur Welt gebracht hat.

^{d)} Non omnes morbosī affectus gravidarum graviditatis sunt signa, sed nonnulli tantum eorum ut talia assumi possunt, praesertim ii, qui primo gestationis tempore in conspectum veniunt.

^{e)} Conf. Cel. STEIN Theoret. Anleitung zur Geburtshilfe. Cassel 1770. §. 131. u. s. f. Cel. FRIED. Anfangsgründe der Geburtshilfe, Strasb. §. 68. u. s. f. PLENK Anfangsgründe der Geburtshilfe, Wien 1768. Seit. 27. u. s. w.



ut multorum nos latent morborum causae, vt v. gr. causam Hydrophobiae a morsu canino, aut eam, quae multas variasque producit constitutiones epidemicas, nescimus causam, quod **HIPPONCRATES** sub nomine το Θεον comprehendit ♂: sic quoque dantur causae, affectus gravidarum producentes, quas ignoramus, quorū e. c. spectat causa Picae s. Malaciea. Sed et in multis aliis rebus sic se res habet, ut cecinit Poëta ille **LVCRETIVS**:

Multa legit sacro involucro natura, nec ullis
Fas est, scire quidem mortalibus omnia. Multa
Admirare modo, nec non venerare: nec illa
Inquires, quae sunt arcanis proxima; namque
In manibus quae sunt, haec nos vis scire putandum;
Est procul a nobis adeo praesentia veri.

Hinc non mirum, dari morbos, qui vel a peritissimo Medico tolli nequeunt, vt illud **OVIDII**:

Non est in medico semper, relevetur ut aeger,
Interdum docta plus valet arte malum.

Sed quid haec ad nos? agamus potius de illis causis, quarum cognitione non caremus.

Diversimode Medici morborum diviserunt causas, in proximas, remotas, praedisponentes, occasioales, internas caet. Ad nostrum, quem nobis proposuimus, scopum, iam satis erit, ut arbitrор, si eam de *internis & externis* accipiamus divisionem.

§. IV.

Totum gravitatis tempus non immerito in *primum & secundum* s. in *primum & secundum* gestationis *dimidium* dispisci potest. Causae morborum sunt vel *internae*, vel *externae* (§. praec.). Internarum causarum aliae affectus mōrbosos efficiētes in primo sunt gestationis dimidio, aliae in secundo. Hinc alii sunt affectus primi,

♂ Praenot. I. Edit. VAN DER LINDEN Vol. I. p. 448.

mi, alii secundi graviditatis dimidii. Cum vero externae morborum cause, & in primo, & in secundo accidere possint stadio: affectus quoque existunt utriusque stadio communes.

§. V.

Primo gestationis tempore omnium fere affectuum causae internae sunt: *Cessatio fluxus menstrui, Consensus s. Sympathia partium quarundam, orta a mutatione uteri, aucta, inde a praedita modo causa, generis nervosi sensilitas f.* hincque oriunda liquidorum alterata mixtio, ductu observationum magis inventa, quam ratiociniis suffulta. Secundo vero dimidio causae aequae internae illorum sunt: *uteri expansio atque moles, et, quae hanc sequitur, viscerum abdomine contentorum comprissio.* Utroque tandem dimidio externae causae sunt: *Violentia externa, et regiminis atque dietae vitia, imprimis vero animi pathemata, quorum siquidem noxa latissime patet.*


§. VI.

Adorandus universi creator & conditor sexus amabilis corpora ita construxit, ut tempore pubertatis in organis, generationi inservientibus, particulariter accumuletur sanguis, qui iusto & determinato tempore excernitur. Quae excretio ordinario singulis fit mensibus, eamque ob causam *Fluxus menstruus s. catameniorum, vel menses, audit, quae non raro, ut quotidiana fere docemur experientia, multorum fit malorum fomes atque scaturigo, si nempe minori, quam par est, vel maiori, quam consentaneum est, copia sanguis excernitur.*

Necesse vero cum sit, ut foetus per iustum tempus utero geratur, nutritur & crescat: necesse quoque est, ut adsit fons, e quo foetus alimentum suum hauriat. Cui bene consuluit optimus adorandusque beneficæ naturae auctor, ut scilicet graviditatis tempore cesseret fluxus menstruus, de quo foetus alatur.

Flu-

f.) III. GAUDII Institutiones Patholog. 1759. §. 176. p. 74.



Fluxus itaque menstrui cessatio necessaria est ad foetus conservationem ^{g)}. Inde iam fere omnibus, & Medicis, & obstetricibus, & faemellis, si fluxus cesseret catameniorum, graviditatis oriatur suspicio. Nec immerito; si aliae adsunt mutationes, quae graviditatem fere semper concomitari solent, connexae cum menstrualium emansione, absque subsequente morbo quodam grauiori, qui suppressionem soluit, maior sit gestationis suspicio. **HIPPONCRATES** ergo bene pulcreque dixit ^{h)}: *Si mulieri purgationes non prodeunt, neque horrore, neque febre accidente, verum cibi fastidia ipsis accidentunt, banc in ventre habere existimato.*

Sed, ut nulla datur regula absque exceptione: sic quoque non semper cum mensium cessatione graviditas coniuncta est, nec cum graviditate emansio. Plethorae enim & aetate iuniores cum euphoria saepius, praesertim primis gestationis mensibus ⁱ⁾, gaudent menstruis, ita tamen, ut sensim sensimque copia decrescant. Nec de-

^{g)} Cum hic de cessationis fluxus menstrui, ad foetus conservationem, necessitate dicant, cruentum sanguinis immediate, imprimis primis gestationis mensibus, ad foetum adfluere, contendere minime volo, cum experientia potius doceamur, nihil rubri sanguinis ad embryonem venire primo gestationis tempore: Retentio fluxus menstrui in gravidis utero magis servit, ut nemppe eius vasa expandantur, et ab uterino sanguine humores fecernantur, qui usui embryonis destinati sunt. Quare sanguis menstruus retentus omnino ad foetus conservationem, nisi proxime, remote tamen necessarius est. Conf. *Perill. VAN SWIETEN* l.c. p. 455. *Andr. WESTPHAL* Diss. de *Commerce uterum inter et placentam foetusque nutritione.* §. 17.

^{h)} *Aph. V. 6. v. d. LIND.* Vol. I. p. 96.

ⁱ⁾ *Conf. STORCH von Krankheiten der Weiber,* Band. III. Seit. 95. 261. 305. u. f. 315. *MAURICEAU Observations sur la grossesse et l'accouchemens des femmes,* à Paris 1715. Obs. 168. 388. 606. et EIUSD. *Traité des maladies des femmes grosses caet.* à Paris 1712. Liv. I. Chap. III. p. 72. et Chap. XX. p. 155. *DE LA MOTTE Traité complet des accouchemens caet.* à Paris 1721. Liv. I. Chap. IX. obs. 24—26. *Fabrich. HILDANI Observ. Chirurg. Cent.* III. Obs. 59. p. 243.

desunt observationes apud auctores fide dignissimos, exstitisse faeminas, quae nunquam menstrua habuerunt. ^{k)}

Primo gestationis tempore tanta sanguinis copia ad foetum conservandum necessaria non est. Hinc a cessatione fluxus menstrui plethora omnesque effectus, qui hanc subsequuntur, ut ori- antur necesse est.

§. VII.

Sympathiam seu consensum in multis observari morbis, quis est, qui hoc negat? Omnia fere corporis humani organa, quae in statu sano nullum inter se habere commercium nobis videntur, in statu morboſo evidentius inter se consentiunt. Caput, oculi, aures, natus, dentes, trachea, pulmones, mammae, septum transversum, ventriculus atque intestina, hepar, renes & ureteres, vesica urinaria et intestinum rectum, partes genitales potioris ſexus, uterus, extremitates, in statu praeternaturali per sympathiam seu per conſensum laborare poſſunt ^{l)}. Ad noſtrum scopum iam ſatis

^{k)} Conf. ROEDERER I.c. p. 62, §. 131, not. 56. III. WRISBERG. ASTRUC Theoret.-practische Abhandl. von den Frauenzimmerkrankh. Th. I. Seit. 18—50. HILDANVS I.c. Cent. V. Obs. 41. p. 427. de faemina narrat quadragenaria, quae nunquam fluxu menstruali laboravit, tum durante virginitate, tum etiam in ipso matrimonio, in quo tamen ſepot liberos peperit, et quidem feliciter. In puerperio lochia quoque exigua fuerunt. Fuit illa ab ipsa inventa ad illud usque tempus, cum HILDANVS eam viderit, ſemper robaſta, valida, morbis, que parum obnoxia. Novi faeminam quandam Berolini ſanam et robustam, que annum quinquagesimum, et quod excurrit, iam implevit, quae mihi ſande affirmavit, ſe nunquam fluxui menoſruo, nec morbis, qui inde pendunt, ſubiectam fuiffe, quae vero nunquam utero geffit.

^{l)} Vid. ROBERT WHYTT Beobachtungen über die Natur, Ursachen und Heilung der Nerven-hypocondrische und hyſterische Zufälle. Leipz. 1766. Seit. 12—23. IOAN. HENR. RAHN Diff. mirum inter caput et abdomen commercium. Goett.

1771.

C



satis est; si verum est, quod aliae partes, per consensum cum utero, affectu quodam affligantur ^{m)}.

§. VIII.

Ab aucta vero sensibilitate, indeque facile oriundis animi perturbationibus, aut generis nervosi laesionibus, liquidorum crasis alterari, observationibus constat. Clarissime enim videmus praecipuum illud irae et excandescitiae cum bilis indole et motu commercium. Infantes si lac nutritis, quae iram perpessa est, fugunt, motibus spastico-convulsivis affici solent ⁿ⁾; et in laesionibus cerebri, et phrenitide, bilis, quamquam nulla acrimonia in massa humorum adest, aeruginosa invenitur ^{o)}. Sic quoque homines navis agitationi insueti, et illi, qui in gyrum motum exercent, post vertigines et summam auxietatem, bilem aeruginosam vomunt. SCULPTETUS ^{p)} observavit, omnes fere capite vulneratos de oris amaritie conqueri. Inde HIPPOCRATES ^{q)} dixit: *quibus cerebrum dissectum fuerit, his necesse est febrem, et bilis vomitum accedere.*

§. VIII.

^{m)} WHYTT I. c. Seit. 21. Die grosse Verschiedenheit derer Zufälle, die sich bei der Mutterbeschwerung befinden, hat verursacht, daß man der Mutter eine mehr ausgedehnte Sympathie, als allen andern Theilen, das Gehirn ausgenommen, zugeschrieben. Obgleich aber diese Symptomen nicht so oft von der Mutter herkommen, als man sich gemeinlich einbildet: so legen doch das Brechen, welches sich gemeinlich bei einer Entzündung dieses Theils befindet, der Ekel und in Unordnung gerathene Appetit nach der Empfängniß, die heftige Zusammenziehung des Zvergells und der Bauchmuskeln in der Geburt, die Kopfschmerzen, die Hitze und Schmerz im Rücken und Gedärmen zu der Zeit der monathlichen Reinigung, genugsame Proben von der Ueberinstimmung, die die Mutter mit verschiedenen andern Theilen des Körpers hat, ab.

ⁿ⁾ VON ROSENSTEIN Kinderkrankh. 1768. Seit. 9.

^{o)} VAN SWIETEN Comment. T. I. p. 434, et T. II. p. 599.

^{p)} ARMAMENT. Chirurg. p. 198.

^{q)} Aph. VI. 50. v. LIND. Vol. I. p. 102.

❧. VIII.

Compressionem multos producere affectus, iam satis notum est. Partes enim compressae vel irritantur, vel debilitantur, ut actiones necessarias perficere nequeant, vel canales comprimuntur ita, ut fluido transgressum denegent, inde stases, obstructiones, caet. vel etiam organorum quoddam ita comprimitur, ut in iustum et determinatum gradum extendi nequeat. Ex his omnibus haud difficile varii oriri possunt affectus.

§. X.


A violentia externa, regiminis atque diaetae vitiis, praesumis vero ab animi pathematibus, gravia saepius et subinde dira oriri mala, experientia fere quotidiana compertum habemus, ideoque necesse non erit, ut de his fusius dicam.

§. XI.

Recensitis itaque omnibus causis generalioribus, affectus gravidarum producentibus, ipsos nunc affectus adducamus. Vidimus, tria dari causarum genera, plethoram nimirum, ortam a cessatione fluxus catameniorum, consensum & sympathiam partium cum ute-ro, et auctam sensitatem, et ab hac oriundam alteratam liquidorum mixtionem; uteri turgescentiam, indeque oriundam partium compressionem; violentiam denique externam, regiminis atque diaetae vitia, praesertim animi affectus. Recenseamus nunc affectus, qui ab his profiscuntur causis. A prima pendent omnes congectiones atque humorum orgasmi, haemorrhagiae, nausea, vomitus, appetitus prostratus, pica & malacia, cardialgia, dolor mammarum. Ab altera: dolores intestinorum, pecten, inguinum, renum, alvi obstructio, tenesmus, haemorrhoides, urinæ vel retentio, vel incontinentia, oedema pedum, crurum, labiorum pudendorum, varices, herniae, prolapsus uteri et vaginæ. A tertia: haemorrhagiae, vulnera, abortus.

C 2

§. XII.



§. XII.

Notum est, a causa occasionali nullum oriri morbum, nisi iam adsit dispositio quaedam in corpore humano ad hunc vel illum morbum. Sic videmus in morbis contagiosis, uti v. gr. in Variolis, eum tantum his affici, cuius corpori dispositio ad istos inest. Eodem quoque modo res se habet cum affectibus gravidarum. Assumamus, duas gravidas unum atque idem admittere vitium, cuiuscunque generis sit, quod noxam corpori inferre potest; huic nocet, illi minime. Qui diversus ab una eademque causa occasionali effectus ab eo penderit, quod in una aderat causa disponens, qua altera carebat. Patet quoque propter eandem causam effectus in gravidis, et gradu, et diuturnitate, diversos oboriri posse. Verum istae conditiones, cum, si in universum spectentur, intellectu faciles sint, in casibus vero obviis suppeditandae, non, nisi summa cum difficultate erui queant: hoc de iis indicasse sufficiat. Si quando memorabiles, et per observatae comprobatae, conditiones corporis huic illive gravidarum affectui faveant: conabor sane in sequentibus earundem mentionem iniciere.


§. XIII.

Sunt quidem et alii multique affectus, quibus gravidae laborare possunt, ut sunt: somnolentia, dolor dentium, copiosa salivae excretio, pustulae in facie et collo, ephelides, sc. maculae faciei, pallor vel rubor faciei, eiusdemque inflatio, oculi retracti, lividi, languentes, turbidi, palpebrae tumentes, circulus circa easdem lividus, flavescens, coeruleus, cephalalgia, otalgia, hemicrania, nasus quasi vernice flava tinctus, vertigo, ardores fugaces, artuum titillationes, caet. quae ab auctoribus ut signa assumuntur conceptionis ¹⁾. Quibus dictum illud **HIPPOTRATIS** quam optime responder ²⁾. *Praegnantem mulierem*, inquit, *si non ex alio*

¹⁾ Conf. beat. ROEDERER l. c. p. 66. §. 143. 144. FRIED. l. c. Seit. 26. §. 69.
PLENK l. c. Kap. 4. STEIN l. c. Seit. 41. §. 133. 134.

²⁾ *De sterilibus*, cap. VL v. D. LIND. Vol. II. p. 620.

alio cognoscas, ex hoc cognosces. Oculi videntur distracti ac ca-
viores; et candidum in oculis albedinis naturam non habet, sed
lividius apparet. Quae in ventre babent, maculam solarem in
facie habent: et postquam conceperunt, vinum odio habent, et
oris ventris morsu ac salvia plenae fiunt. Sed cum hi affectus
urplurimum ita sunt comparati, ut gravidae facile eos patientur;
raroque medelam poscant, et cum aliqui horum iam ad eos per-
tinent, quorum causa congestio humorum vel consensus est: ne
extra eos, quibus specimen Academicum circumscriptum est, fines
egrediar, hos dimitto.



P A R S P O S T E R I O R

S P E C I A L I S.

§. XIII.

Praegressis itaque generalioribus, ad specialiora venimus.
 Nausea, vomitus, appetitus prostratus, primi sunt affectus, quibus gravidae vexari solent.

Vomitus non statam sibi vindicat graviditatis periodum.
 Sunt enim faeminae, quae iam primis graviditatis diebus ad ter-
 tium usque aut quartum gestationis mensem, quo tunc cessare so-
 let, vomitu affliguntur, atque appetitus antea perditum recupe-
 rant. In aliis primo aut secundo mense vomitus incipit, et ad
 quartum aut quintum perdurat; in aliis vero ad partus tempus
 continuatur. Dantur quoque mulieres, quae in ultimis gestatio-
 nis mensibus vomitu afficiuntur, neque ab eo liberantur, nisi par-
 tu absoluto ²⁾.

C 3

§. XV.

²⁾ MAURICEAU Obs. 252. §27.



§. XV.

Causae vomitus variae sunt, pro ratione scilicet temporis, quo gravidae in eundem incidentur. Vomitus, iam primo graviditatis tempore praesentis, causa est consensus uteri cum ventriculo ^{a)}. Neque est, quod de hoc phaenomeno miremur, cum tot tantosque morbos a partium consensu, uti iam supra (§. VII.) diximus, produci, experientia nos doceat. Eadem phaenomena ab eadem causâ orta luculentius videmus in vulneribus capitisi, intestinorum, et colica nephritica, ubi nausea et vomitus adeat absque ullo humore in ventriculo corrupto ^{b)}. Accedit, quod hic consensus inter uterum et ventriculum in gravidis non solum tam vehemens atque evidens sit, ut eius affectus sentiamus, sed etiam in aliis faeminis, quae graviditate non laborant, quibus sola coitus actio vomitum excitat. Sic DE LA MOTTE ^{c)}, de nonnullis narrat faeminis, quae ipsum de huius phaenomeni causa consuluerunt, et quibus id valde frequenter accidit. Observavit quoque in duabus virginibus semper instanti fluxu menstruo, ab irritatione uteri indeconsensu inter uterum et ventriculum, vomitum ortum fuisse ^{d)}.

Vomitus autem, incipientis secundo et tertio mense et ad quartum aut quintum mensem durantis, vero admodum similes causae sunt: diaetae vitia, turbae ventriculi, a nervis profectae, plethora, indeque pendens humorum, haud sane semper, si umquam, depravatorum, ad ventriculum congestio. Etsi enim sunt, qui liquida corrupta in his gravidis ad ventriculum confluere existimant: attramen haud necessarium esse duco, ut, causam vomitus in gravidis indagaturi, protinus ad malignos, corruptos acreisque

^{a)} MAURICEAU *Traitt des Malad. des femmes gross.* Liv. I. cap. XII. p. 129.

DE LA MOTTE l.c. Liv. I. Chap. XVII. p. 89. et 90. DIONIS *Traitt general des accouchemens.* Liv. II. Chap. V. p. 143 sequ.

^{b)} Vid. IOAN. PHIL. EYSELII *Diss. de Vomitu nephritico,* Erford. 1717.

^{c)} l.c. pag. 91.

^{d)} Novi virginem duo et viginti annos natam, quae, instantibus menstruorum periodis, vehementi semper laborat vomitu.

humores provocemus. Nam et commodiores causae afferri possunt, et haud scio, an materiae semper vomitu in gravidis reieccae, eam corruptionem satis aperte prodant. Et displicet quoque haec sententia DE LA MOTTE, qui ^{a)} pour moi, inquit, je ne regarde pas ces humeurs comme des humours corrompues, quoi qu'en disent d'excellents Auteurs, je fais une grosse difference entre les humeurs superflues et les humeurs corrompues. La corruption change la nature de la chose, et la superfluité ne consiste que dans l'abondance. Si ces humeurs contenues dans l'estomac étoient corrompues, elles feroient une mauvaise impression sur la membrane interieure de ce viscere, et quelque peu qu'il s'en glissât avec les alimens dans les intestins, elles communiqueroient leur malignité non seulement à la mère, mais aussi à l'enfant, tendre et délicat, qui n'a d'autre nourriture que celle qui reçoit du sang de sa mère, qui est la suite de la digestion et de la chylification; et comme l'enfant se porte bien en venant au monde, quoique sa mère ait souffert de vomissemens pendant tout le temps de sa grossesse; ce qui n'a pu se faire sans quelque portion de ces humeurs se soit engagée avec le Chyle. C'est une preuve assurée qu'elles sont sans corruption. Neque vero negat, fieri quandoque, ut gravidæ corruptione humorum laborent; tunc autem, existimat, ab hac causa alia mala oriri. Dicit enim ^{b)}: Je ne dis pas pour cela que la femme grosse soit exempte de renfermer chez elle quelques humeurs corrompues, puisque je n'en vois que trop souvent qui sont attaquées de vapeurs, de suffocations et de foiblesses, qui ne peuvent avoir pour cause qu'une corruption, dont ces accidentis sont l'effet. Fateor interea, difficile admodum esse, omnes omnium vomitus specierum cognoscere causas, et rationem suppeditare, cur v. gr. vomitus in nonnullis ad partus diem continuetur, sive sit ab initio, sive accidat mense secundo; cur aliae vomitu corripiantur, si marem utero gerant, minime vero si faemina sinu contineatur, caet. Quibus,

^{a)} I. c. p. 92.

^{b)} I. c. p. 93.



bus omnibus bene perpensis, DE LA MOTTE tandem ait ^{c)}:
*Mais comme je ne parle de celle - ci, que par occasion, je re-
 viens au vomissement, dont la cause la plus vraisemblable, est la
 quantité d'humours superflues, desquelles la femme grosse regorge
 par la suppression des ses ordinaux.*

Vomitus denique, qui ultimis graviditatis mensibus contin-
 git, et ad partum usque absolum durat, causa est ascensus uteri
 (§.VIII.)^{d)} et foetus nimis grandis, quo ventriculus comprimitur ^{e)}.

§. XVI.

Quod ad methodum vomitui medendi attinet; haec erit.
 Si initio graviditatis adest: nulla dentur medicamina, cum fere
 semper lenis sit, et absque magna vi se manifestet. Attamen si
 nausea et vomitus perpetui sunt, et vix amplius tolerabiles, praes-
 tertim si eas affligunt, quibus genus nervosum admodum mobile
 est, aliquot *guttulis Laudani liquidi* saepius feliciter sedari pos-
 sunt ^{f)}. Neque liquor mineralis anodynus, aut Spiritus nitri dul-
 cis spernendum effectum edent.

Si

^{c)} l.c. p. 94.

^{d)} MAURICEAU *Trait. des malad. des femmes gross.* p. 130.

^{e)} MOURICEAU Obs. 124. 374. 453.

^{f)} VAN SWIETEN l.c. p. 464. WHYTT l.c. Seit. 88. Es gibt Frauenzim-
 mer, die aus einer allzugroßen Zärtlichkeit oder Empfindlichkeit der Nerven,
 nach der Empfängniß mit Hitze und einer unangenehmen Empfindung im Rücken,
 der Kolik und andern Zufällen beschweret werden, so daß sie in Gefahr gerathen,
 eine unreife Frucht zu gebären. Liegt in solchen Fällen die Ursache
 nicht in einer Vollblütigkeit, oder in einer großen Schwäche der Gefäße
 der Bärmutter, sondern in einer ungewöhnlichen Schwäche und Zärtlichkeit
 der Nerven, so schadet das Aderlassen, und zusammenziehende und kühlende Mittel
 sind fruchtlos, da hingegen eine gehörige Dosis Laudanum, die man von Zeit
 zu Zeit giebt, die beste Wirkung hat. Denn indem solches die allzugroße Em-
 pfindlichkeit der Nerven vermindert, so stärkt es nicht nur alle unangenehme Em-
 pfindungen, sondern bringt auch das Gemüthe selbst in Ruhe, und macht, daß
 solches weniger von geringen Ursachen beunruhigt werden kann.

Si vero ad quartum aut quintum perdurat mensem, si continuus et vehemens est: abortus, uteri prolapsus, hernia et convulsiones metuenda sunt. Tunc imminuendus est, vel, si fieri potest, tollendus. Oportet igitur Medicum plethoram imminuere sanguinemque a ventriculo revellere, quod fit venaefectione in brachio instituta; deinde, humores in ventriculo cententos evacuare, quod optime perficitur per lenia laxantia, ut sunt: Rheum, Folia Sennae, Cassia, Tamarindi, Syrupus de Cichorio, caet. IOANNES STORCHIVS^{g)} in omnibus fere hoc affectu laborantibus, maximo cum fructu, Tincturam Rhei adhibuit. Abstinentum vero ab omnibus calefacientibus et vehementioribus purgantibus. Prodest quoque pauculum vini Hispanici vel spiritus vini^{h)}. Nec negligendi sunt clysteres emollientes e fero lactis, seu ex alio quocunque emolliente, parati. Notandum vero, quod haec omnia per intervalla repeti debeant, ita quidem, ut venaeffectio evacuationi praeeat. Quod etiam confirmat MANNIGHAMⁱ⁾ cum ait: *Si res postulat, ut mulier grava purgetur, sanguis e brachio amittatur ante aliquot dies.*

In nimia nervorum mobilitate interpositis anodynis utendum. Vitia diaetae digestiva, rhabarbarina indicant. Quodsi forte imbecillitas ventriculi adsit: praeter roborantia interna, externis etiam locus concedendus^{k)}.

Ad vomitum futurum praecavendum et accuratissima diaeta commendanda et lene laxans^{l)} porrigendum erit. DE LA MOTTE haec remedia generalia nominat, et cum aliis auctoribus fide dignissi-

g) Vid. EIVS *Von den Krankheit. der Weiber*, Band III.

h) VAN SWIETEN L. c. p. 463. MAURICEAU *Trait. des femmes gross. p. 131.*

i) Art. Obstetr. Comp. Hal. 1746. p. 67.

k) Vid. IVNCKERI *Therap. spec. pag. 978.*

l) DE LA MOTTE L. c. p. 97. Obs. 41.



dignissimis contendit, quod venaelectio praecipuum sit ad vomitum sedandum remedium ^{m)}.

Non desunt denique, ut id adiiciam, observationes, gravidas fuisse, quae per totum graviditatis tempus omnia fere assumta respuebant, eamque ob causam tanta laborabant imbecillitate, ut nec stare aut ambulare possent, quibus de infelici partu timendum erat, foetum tamen sanum et robustum edebant ⁿ⁾.

§. XVII.

Appetitu depravato Pica, s. Malacia, non raro gravidae laborent. Id enim symptoma, quamquam et alios afficit homines, gravidis tamen frequentissimum est. Duplex vero est, vel cibos tantum quosdam, vel et absurdia quedam desiderant gravidae. Prostant innumerabilia exempla huius mali apud probatissimos auctores. Ad priorem pertinet appetitus casei ^{o)}, halecum ^{p)}, cancrorum ^{q)}, piscium crudorum ^{r)}, tritici crudi ^{s)}, fagopyri ^{t)},

ace-

^{m)} l. c. p. 95. Entre les remedes generaux, que l'on peu emploier contre le vomissement, je n'en ai point trouv^e de plus propre et de plus efficace que la saignee, en evitant la plenitude dont la malade se trouve surchargee. Mais il faut, comme je l'ai d^eja dit, que ce grand remede soit administr^e avec prudence et moderation. Les lavemens sont aussi d'un merveilleux secours, particulierement aux femmes gresses, qui ont le ventre pareuseux, parceque ils engagent les humeurs superflues ^a s'evacuer par bas, et il est bon d'y joindre quelque fois de legers purgatifs caet.

ⁿ⁾ Vid. DE LA MOTTE l. c. pag. 195. Obs. 100. et 101.

^{o)} STORCH. l. c. Seit. 261. & M. N. C. Dec. I. An. 2. Obs. 194.

^{p)} TULPII Obs. L. 2. C. 24. p. 132. Act. Phys. M. N. C. Vol. II. Obs. 203. p. 457.

^{q)} M. N. C. Dec. I. An. 3. p. 471. & Dec. III. An. 9. p. 251. SCHENKII Obs. p. 629. Satyr. Medic. Silej. Vol. III. p. 25.

^{r)} SCHENKIVS l. c. p. 625.

^{s)} M. N. C. Dec. I. An. 1. Obs. 133.

^{t)} Satyr. Medic. Silej. Vol. III. p. 26.

aceti ^{a)}, vini ^{x)}, galli gallinacei vivi ^{y)}, mulvae milio paratae ^{z)}, piperis ^{a)}, maioranae tostae ^{b)}, florum macis ^{c)}, zingiberis ^{d)}, caet.

Ad posteriorem pertinet appetitus cretae ^{e)}, lanae ^{f)}, cerae ^{g)}, arenae ^{h)}, alabastri ⁱ⁾, carbonum ^{k)}, aliorumque absurdorum ^{j)}.

Sed et sunt mirabilia phaenomena huius appetitus. Sic SALMUTH ^{m)} pistoris Lipsiensis uxoris, uterum ferentis, et partu proximae, mentionem facit, quam, cum forum peteret, et carnes compararet, libido invagitat, vellicandi barbam lanii proceriorum. Mox involat ac una post altera vice egregie pilos vellicat. Lanius illam adspiciens, et circumstantias perpendens, patienter id fert. Cum vero tertia rursus vice eandem apprehendere conatur, inhibuit, modeste id denegando. Domum illa se confert, atque intra paucas horas tres parit filiolos, duos vivos, tertium

D 2

mor-

a) M. N. C. Dec. II. An. 9. Obs. 201.

x) VAN SWIETEN I. c. p. 464.

y) M. N. C. Dec. III. An. 3. p. 32.

z) Ibid. Dec. I. An. 2. Obs. 209.

a) SCHENKIVS I. c. p. 25. NICOLAVS NICOLVS (Serm. Medic. §. Tr. 4. C. 36.) de faemina quadam narrat praegnante, quae piperis libras circiter viginti comedebat. Vid. IOAN. ANDR. FISCHER Progr. de Phantasia errante. Erford. 1719.

b) M. N. C. Dec. III. An. 5. p. 156.

c) Ibid. Dec. III. An. 8. Obs. 115. p. 250.

d) PLATER Obs. Lib. I. p. 223.

e) M. N. C. Dec. III. An. 7. p. 63.

f) Ibid. Dec. I. An. I. Obs. 83.

g) Histor. morb. Wratisl. An. 1702. p. 121.

h) Satyr. Medic. Siles. Vol. III. p. 25.

i) Ephem. N. C. Cent. III. Obs. 54. p. 126.

k) M. N. C. Dec. III. An. 3. p. 32.

l) Conf. MEYER Diss. de Pica et Malacia. Erford. 1702.

m) Obs. Medic. Cent. tres p. 27.



mortuum ⁿ⁾). Simile quid contigisse a parentibus suis accepit.
*Mulierem nempe quandam gravidam brachium viri cuiusdam ter
 momordisse, et eodem die tres quoque infantes enixam esse.* ¹⁰⁻
 ANNES LANGIVS ^{o)} sequentem narrat casum. *Faemina ma-
 lacia laborans, carne mariti vesci desiderabat, quem ei perearum
 occidit, et dimidia fere carne coniugis dilecti saturata, reliquum
 sale maceravit, ut ipsamet postea, cum malaciea furor defebu-
 set, et facti iam poeniteret, ingenuo maritum quaerentibus amicis
 confessa fuisse fertur.* Lembergi vero, in qua urbe LANGIVS
 natus est, sacerdotem lotis et nudis pedibus egressum balneo, inque
 plantis de more crepidas deferentem, mulier gravida subsecuta, pe-
 dum desiderio capta, procidit a tergo in genua: ac ambabus ma-
 nibus crure altero apprehensa, de calce sacerdotis mordicus denti-
 bus frustum evulxit, nibil illius clamorem expavescens, quo deo-
 rum hominumque fidem et subsidium is implorabat. At illud,
 quamvis videtur memorabilius, magis tamen commiseratione,
 quam admiratione dignum censeo. *Mulier quaedam uterum fe-
 rens desiderio humeri pistoris denudati, et panem ad furnum de-
 ferentis, irretita, moesta omnem cibum, praeter carnem de pistoris
 humero, fastidiebat.* Maritus carae misertus uxoris, certum pec-
 cuniam pro singulis de humero pistoris mortibus eo paciscebatur.
Dos itaque dentium mulieris insultus sustinuisse: tertium vero,
 doloris pertaesus, ferre noluit. Mirum quid accidit. *Mulier*
 tergeminos est enixa, duos vivos, tertium vero mortuum. —
 Nec illud de cuiusdam viri principis pellice obticere possum, quae
 mane integros lini aut stupae manipulos, ut in Alpibus glis aut
 mus obesus (MVRMELTHIRR vulgo dictus,) plenis buccis de-
 vorabat. CAMERARII uxorem, ex foro cum ovis redeuntem,
 li-

n) Qua quidem occasione de vi imaginationis gravidarum in foetum dicere pos-
 sem. Sed cum iam multa in utramque partem de illa re disputata sint, et
 sub iudice adhuc eius lis sit, nec exactior illius disquisitio meo scopo in-
 serviat, eandem silentio praetereo.

o) Epistol. Medic. Lib. 2. Epist. 12. p. 548. sequ.

libido invasisse fertur, marito horum ovarum aliud post aliud in faciem proiiciendi. CAMERARIUS, cui uxor percara fuit, et qui, si hoc non pateretur, malos inde oriundos effectus meruit, consilium cepit, faciem lana velandi, et libidini ut satisiceret paf-
sus est ^{p).}

§. XVIII.

Videtur quidem definita nervorum irritatio, huius phaenomeni causa existere; siquidem DE LA MOTTE ^{q)} ipsi venaeſectione medebatur. Novimus quoque, aegros subinde, naturae impulsu, in ea ferri, quae ipsis ſalubria ſunt; ut igitur permifſum ſit, ex his, quae appetuntur, ad cauſas morborum in corpore praefentes colligere. Quam ob rem absorbentia v. gr. ſi appetantur, acidum; acida copiosius vel deglutiſta vel haufa, acrimoniam alcalinam; haleces largius assumtae, viscidum ac glutinosum prodere videntur. Anne vero, quae commemoravi vitia, irritantia ſunt? Denique in universum gravidae auctam ſensilitatem nanciſcuntur, hanc vero alienatam ſensilitatem inducere, vel hydrophobia exemplum docet, quae et mobilioris generis nervosi ſequela eſt, et in gravidis interdum obſervatur. Quae autem licet ita ſint: memor tamen, quam arcti ſint, quibus ſcientia medici circumſcripta eſt, limites, neque quoſcunq; inde picae et malaciae obvios caſus explicare, neque haec ipſa phaenomena ex irritatorum, ventriculo applicatorum, actione deducere ſuſtineo. E dictis autem medela patere potest. Rechteque MANNIGHAM ^{r)} generalem statuit regulam: *Si alimenta, quae apprime appetunt gravidae, optimia et ad nutritionem maxime idonea non ſint, omnino tamen anteponenda ſunt iis, quae fugiunt aut oderunt.* Idem

D 3 prae-

^{p)} Vid. Medicinische Ankdoten, II. Theile, Frankf. und Leipz. 1767. Th. II. No. 162. Seit. 73. et RUDIG. FRIDER. UEBELGÜN. Diff. de Pica, Erford. 1719. §. 19.

^{q)} I. c. p. 81.

^{r)} I. c. p. 65.



praecipit MAURICEAU cum dicit ^{s)}: Mais si les femmes grosses ne peuvent absolument refréner leurs envies étranges, il vaut mieux, comme nous avons dit, leur permettre de biaiser un peu dans leur régime de vivre (pourvu que ce soit modérément) que de s'obstiner à tant contrarier leur appetit ^{t)}.

§. XVIII.

Cardialgia, sc. morsu ventriculi, gravidae saepius affliguntur. Cuius causa, quanquam omnis ea existere potest, quae vomitum ansam praebet, saepius tamen acrimonia acida est, ventriculo adhaerens et a cibis et potulentis acidis, aut cito acescentibus, suborta. STORCHIVS ^{t)}, cardialgiae in gravida quadam mentionem facit, quae ipsi ob crudos fructus horaeos assumtos accidit. M A N I G H A M

^{s)} Traité des maladies des femmes grosses, p. 120.

^{t)} Cachinnum vix tenere poteris, si UEBELGÜNIVM de picce causa audire velis. Ille enim sententiam WEDELII amplectens, causam malaciae confiteve in phantasie debilitate ac corruptione, hanc a primorum parentum lapsu oriri, asserit. Etenim l. c. §. 22. p. 23. Phantasie, inquit, huius depravatae originem, ut ad ipsum fontem digitum intendam, Eva, prohdolor! debemus, quae res ex mandato non comedendas concupiscens, ac ingerens, prima malacia quasi pomorum, laborauit. Adamus, eius desiderio, morem gerens, ad idem deliciis commissum eidem quido se: anubo, vera totum genus humanum, illi obnoxium recididere. Force ejam appetitus hic depravarus sexui sequiori in poenam frequentior est; quam Evā primo illi inducerit. Facilis iam a dispositione, quam ab appetencia heterogenea ad unum omnes a primis parentibus habemus, ad ipsum habirum est transitus.

Quis vero non primo statim intuitu animadvertisit, haec omnia ex ista, quae olim admodum vulgaris fuit, profici ci sententia, erroneos scilicet in corpore humano motus ab anima, post lapsum corrupta, oriri? Quia de re pulde et concise agit ILL. KEMMЕ, Fautor atque Praceptor omni pietate milii colendus, in libro, cui titulus: Einleitung in die Medicin überhaupr, Halle 1771. Seit. 10. Not. 3.

^{t)} l. c. p. 397.

NIGRUM eam ob causam notat haec ^{u)}: *Mulieres gravidae, quibus accidere, sive ardorem pati solet stomachus, ab acidis frumentis immaturis, saccharo abstineant, vel etiam vinum fugiant, nam vinum, ut alimenta in stomacho accedant, efficit, ipsumque ejus acidum.*

Absorbentia itaque multum hoc in malo efficiunt. Et praeterea vid. §§. antec. qui de vomitu exponunt.

§. XX.

Nec infrequentes sunt gravidis dolores intestinorum, pectinum, inguinum, renumque.

Omnia viscera chylopoietica tempore graviditatis ab expansione uteri comprimi, e suo loco emoveri et debilitari, nemo negabit. Inde cruditates in illis accumulantur, et spissi oboruntur, qui dolores excitant; inde dolores intestinorum. Ipsa quoque compressio et tractio partium a tumente utero iisdem favent.

Uterus deinde quatuor gaudet ligamentis, latis nempe et rotundis, quae nihil aliud sunt, quam cellulosae partes a peritoneo productae. *Hoc enim a vesicae urinariae superficie posteriori, circumdando uterum et vaginae partem superiorem, ad eandem partem intestini recti continuatur. Idem peritonaeum ad uteri latera et ad vaginalm adnatum est, et septi instar pelvis in duas dividit regiones, in anteriorem et posteriorem, et vocatur Ligamentum latum.* *Ligamenta autem rotunda sunt fasciculi, qui ex uteri lateribus antrorum mituntur, constantes cellulosis fibris longioribus et vasculis, qui in progressu angustiores, pelvi exeunt, per annulum abdominalem in inguina veniunt, ubi ramosi sinduntur et in vascula solvuntur, quae cum epigastricis coniunguntur ^{x).}*

Ho-

^{u)} l. c. p. 66.

^{x)} Vid. WINSLOW *Exposit. anat.* à Amsterd. 1752. Tom. III. p. 61. No. 602. 603. et p. 66. No. 619—622. *Perillustr. de HALLER Prim. lin.*

Physiol. 1765. §. 842. et 847. REGN. DE GRAAF *de Mulier. organ. generat. inserv. tract. nov.* Lugd. Batav. 1672. Cap. X. p. 142. sequi.



Horum ligamentorum ope uterus, praesertim gravidus, in suo loco atque situ tenetur. Si vero uterus maius nascitur augmentum, haec ligamenta extenduntur; inde dolores peccatum.

Fieri quoque potest, ut unum horum disrumpatur ligamentum, quo sit, ut uterus gravidus in alterum labatur latus, quod originem dat situ uteri obliquo. In eo itaque latere, ubi maxima uteri pars sita est, compressio viscerum abdominalium maior ut adsit necesse est; hinc dolor inguinum.

Sed et renes saepius dolore afficiuntur, cuius causa, quam graviditas scilicet suggerit, partium adiacentium sympathia est. Peritonaeum enim, cuius productio ligamenta format lata, per haec cum renibus est connexum.

Ad methodum his medendi doloribus quod attinet, alvus, vel clysteribus, vel remediis laxantibus, leniter subducenda est, et, si vehementiores evadunt, lenioribus anodynis mitigandi sunt. Caeterum ut aegra lecto detineatur, venaque ei fecetur, necesse est. Ligamentis valde extensis, aut alterutro disrupto, ita ut uterus in alterum coniiciatur latus, fascia abdomen circumdandum est lata, qua uterus sustinetur ^{y)}.

§. XXI.

Mirabile commercium est mammis inter et uterum ^{z)}. Hic enim si expandatur, illae quoque expansionem patiuntur. Inde terio aut quarto graviditatis mense mulieres de levi quadam in illis tensione conqueruntur, raro tamen medelam poscunt. Quibus consentaneum est, bonis uti alimentis, aërem evitare frigidum, et vestes induere laxiores, ne mammae premantur. Sed accidit quo-

^{y)} Multum nunc disputatur, an ossa pelvis tempore graviditatis diducantur, nec ne? et ii, qui huic faveant sententiae, dolores hoc §. descriptos ab hac diduictione oriri putant. Sed cum nondum certum sit hoc assertum, et quasi in aequilibrio haecreat, silentio id prætereundum esse duco.

^{z)} Conf. *Perill. de HALLER* l. c. §. 949. p. 431. et *WHYTT* l. c. p. 21. lit. O.

quoque, ut tumores atque indurationes ^{a)} in mammis nascantur, quorum causa lactis stagnatio est. Quo in casu lenis frictio, venaelectio, interne diluentia leniaque resolventia, externe vero emollientia, saponacea, et camphorata maximo cum successu adhibentur ^{b)}.

Fieri quoque potest, quod haud raro evenit, ut papillae vix promineant, vel penitus subsideant, ita quidem, ut papillae eminentis loco foveola in mamma appareat, quod phaenomenon germanice: *Die blinde Warze* vocant. Cui optime medemur, si antlia illa, a *Cel. STEIN* inventa et descripta, utramur ^{c)}. Papillis vero fissis et dolentibus quam optime conducit, si oleo cerae, repetitis destillationibus limpido et mollissimo reddito, inungantur ^{d)}.

§. XXII.

Vesica urinaria dupli modo, tempore graviditatis, affici potest. Gravidae enim vel retentione, vel incontinentia laborant urinae. In priori casu conatu quidem gaudent ad mingendum, absque vero effectu. Tota expanditur vesica, debilitatur, et potentiam amittit se contrahendi. Urina, diuturniori mora acrior reddita, vesicam irritat, eandemque acerbissimis doloribus afficit, quos saepius inflammatio subsequi solet. In posteriori casu continuo mingunt, quod quidem non dolorificum est, attamen magna incommoda parit.

§. XXIII.

a) Vid. BÜCHNER diss. de uteri connexione cum mammis, §. 22. 23.

b) Conf. ILL. MECKEL, optimi et nunc beati Praeceptoris atque Fautoris, *Nova experientia et observationes de finibus venarum ac vasorum lymphaticorum caet Berol.* 1772. §. 16. 17.

c) Vid. EIVSD. *Kurze Beschreibung einer Brust- oder Milchpumpe u. s. w.* Cassel 1773.

d) Conf. PERILL. VAN SWIETEN l. c. pag. 644. et immortalis BOERHAAVII Elem. Chem. Lugd. Batav. 1732. Tom. II. p. 157.



§. XXIII.

Causa utriusque huius affectus est compressio vesicae, orta ab utero turgescente, ita tamen, ut, si illa vesicae pars comprimatur, hic oriatur affectus, si vero alia, alias. Nimirum si vesicae collum ab uteri turgescencia comprimitur, exitus impeditur urinae; permanente igitur simul huius adfluxu per ureteres: inde accumulatio lotii in vesica producitur et cum hac ea incommoda, quae recensuit (§. praec.). Hoc accidere solet tertio aut quarto mense, quo tempore uterus adhuc in pelvis fundo situs est, praesertim vero iis id symptomata familiare est, quae prolapsu uteri laborant. Attamen in ultimis quoque graviditatis mensibus oboriri potest. Nam foetu sic naturaliter locato, ut caput praeceps sit, hoc comprimit vesicae collum.

Involuntaria autem urinae excretio, sⁱ incontinentia urinae, compressionem quoque, ab utero turgescente ortam, pro causa habet, et quidem ultimis gestationis mensibus, quid? quod nonnullis plerumque ante partum diebus gravidae de hoc queruntur affectu. Ab utero enim turgescente, praesertim a foetus capite, vesicae fundus collum versus comprimitur, hac compressione imminentur vesicae spatium, urina collum versus cogiturn descendere, irritat vesicae sphincterem, quo sit, ut exitus concedatur urinae. Cum vero, id quod primum est, pauculum urinae in vesica una accumuletur vice et secernatur, cumque, quod alterum est, singulis vicibus guttulae quaedam urinae relinquuntur; haec collum irritant, indeque solito frequentius urinae fulicidum, quid? quod fere continuum suboritur.

§. XXIII.

Quod ad medelam attinet, in utroque casu totum fere auxilium in gravidae, seu, quod melius est, in Chirurgi existit manibus. Faemina nimirum supina iacente, pedibusque reclinatis, manus in vaginam immittatur, qua uterus comprimens reclinatur, ut urina nunc liberius effluere queat. Quod vero si non convenire

nire videatur, Catheter adhibeatur. Fieri quoque potest, ut vesicae corpus cum collo suo angulum formet, sive oriatur impedimentum, quominus libera sit urinae excretio, et catheter in vesicam facile introducatur ^{e)}). In utroque casu quies, nec non situs in lecto supinus conueniunt. Gravidae enim hoc affectu laborantes, somno graviori quasi sepulta, spontaneum urinae effluxum patiuntur, leviori vero somno gaudentes continuo ad matulam properant ^{f)}). Venter prominulus fascia sustineatur lata ^{g)}.

Si iam orta levis inflammatio, partium naturalium intumescentia et urina acrior in causa sint, venae sectio, remedia antiphlogistica, diluentia interne, externe vero fomentationes adhibeantur e lacte tepido, aut alio quocunque emolliente, paratae.

§. XXV.

Ultimo gestationis tempore uterus pelvem descendit, quo fit, ut partes in pelvi contentae comprimantur. Si maxima uteri molles antrorum premat, oritur, ut iam ante diximus, urinae vel retenio, vel incontinentia. Si vero posterius vim exerceat suam, alii tunc nascuntur affectus, qui incommodissimi saepiusque dolofici non solum sunt, sed etiam pericolosissimi, ut sunt: tenesmus,

E 2

ob-

e) VID. VAN SWIETEN I. C. p. 478.

f) ROEDERER I. C. §. 175. p. 81.

g) Non superfluum mihi videtur, si de isto, qui hic Halea usitissimus fere est, dicam more. "Gravidae nempe, idque non solum ultimo praegnacis mense, verum quoque iam prioribus gestacionis mensibus, abdomen fascia constringunt lata, eademque inaequilatera applicata. Quod quidem spernendum non esse videtur, atamen saepius, non minorem infert noxam, quae non a fascia oboritur ut tali, sed ab huius constrictione, quae impedit, quod minus abdomen facile expandatur. Idem valet de ista consuetudine, quae scilicet ad foetus, ut vulgo aiunt, confortationem, totum abdomen spiritu fricant vini, quo fit, ut museali abdominales una cum integumentis communibus rigidiiores evadant, indeque difficillime extendantur. Quae non raro in nonnullis abortui periodico originem dare possunt.



obstrūctio alvina, intumescētia vāsorum haemorrhoidalium, sive internorū, sive externorū.

Tenesmus, qui nihil aliud est, ac conamen ad alvum exonerandam absque proportionato effectū, oritur a compressionē sphincteris ani, quae pender ab utero turgescētē et descendētē. Faeces enim in tubo cibario contentāe, et ad excretionē aptāe, moraque acriores redditāe, intestinū irritant rectū unde conatus deiciendi; cum vero sphincter ab uteri mole comprimatur, impeditur eorum exitus.

Obstrūctio alvina originē ducit a compressionē intestinorū, praeſertim recti, et ab eorum debilitate, quae inde obortur, et a foecum indurationē, quae eandē agnoscit causā.

Vasa haemorrhoidalia ab utero quoque comprimuntur, hinc intumescēnt atque dolorificā fiunt. Quo in casu vel unum aut alterum dilatatur vas, sanguinemque contentum amittit, e quo fluentes haemorrhoides cognoscunt, vel praedicta vasa intumescēnt tantum, ita quidem, ut disruptioni modo proxima fiant, qui status haemorrhoidum coecarū nomine venit.

§. XXVI.

In his omnibus affectibus vel optima sperari potest medela a lenibus clysteribus emollientibus, lubricantibus, praeſertim syringa inficiendis ^{h)}). Interne diluentia adhibeantur. Eae, quae quieti nimis indulgent, ambulent. Cibus sit eupeptus, parcus, frequens. Speciatim vero tenesmus lenitur, si sphincter ani relaxatur, quod optime perficitur fomentationibus emollientibus sic adhibitis, ut aegra in sella insidet perforata. Nec minor erit successus, si hoc adhibeamus remedium in haemorrhoidibus intumescētibus valdeque dolorificis. Quo tamen in casu et refri- gerantia, lubricantia externe applicanda possunt praeſcribi.

§. XXVII.

^{h)} Vid VAN SWIETEN l. c. p. 479.

§. XXVII.

Gravidarum pedes, crura, femora, non raro, praesertim ultimo gestationis mense, oedemate laborant, quod quandoque, et abdomen versus ascendit, labiaque pudendorum, quid? quod totum fere corpus occupat. Pudendorum labia non nunquam ita hoc malo afficiuntur, ut pellucida apparent atque impedian, quominus gravidae ambulare possint ⁱ⁾.

§. XXVIII.

Causa huius mali est: compressio vasorum venosorum et lymphaticorum, orta ab uteri turgescentia ac mole, qua refluxus fluidorum, in his vasis contentorum, liberior impeditur; quae causa magis est praecipua, et frequentior. MAURICEAU cum de causa huius affectus agit ^{k)}: *Cette enſure, inquit, des jambes et des pieds leur arrivant à cause de l'extrême compression que les grosses veines ILIAQUES reçoivent par la grande étendue de la matrice, qui fait que le mouvement du retour du sang ne se faisant pas pour lors si facilement qu'à l'ordinaire dans ses veines, les parties inferieures du corps les plus éloignées, qui sont les pieds et les jambes, deviennent toutes tumefiées, à cause du trop long séjour des humeurs superflues qui s'amassent en ces parties, qui ne peuvent que difficilement renvoyer par les veines tout le sang qu'elles ont facilement receu par l'impulsion des arteres.*

Sed etiam aliae existunt infrequentiores huius mali causae, ut sunt sequentes :

- I. Si gemellos faemina utero gerit, oedema non solum pedum, crurum, sed quoque pudendorum labiorum, non infrequens est ^{l)}.

E 3

II. In

ⁱ⁾ DE LA MOTTE Liv. I. Chap. XVIII. Obs. 44. p. 102.

^{k)} Obs. 590. pag. 486.

^{l)} MAURICEAU Obs. 159. 165. 212. 278. 325. 435. 451. 459. 537. 540.
590.



- II. In plethorics, quae nimium atque inconsuetum exercent motum, hoc occurtere solet, nec non in iis, quae nimis vitam magis sedentariam amant.
- III. Solidorum debilitas quoque in causa esse potest.
- III. Quandoque proficiscitur ab alvi obstruktione.
- V. Nec minus ab uteri inflammatione ^{m)}.
- VI. Fieri quoque potest, ut pudendorum inflatio ab hernia intestinali oboriatur, vel haec cum illa complicata sit ⁿ⁾. Sic STORCHIUS narrat ^{o)}: se gravidam novisse, tumore labiorum laborantem; tumorem faber ferrarius lanceola aperuit, quo facto, non solum faeces alvinae, sed etiam lumbrici exibant, quae probabant, hunc tumorem herniam, et a facta incisione intestinum laesum fuisse. Bona subsecuta est curatio, et femina legitimo tempore infantem est enixa.

§. XXVIII.

In oedematis curatione, pro ratione causarum id efficientium, sequentia sunt notanda. Si tantum a graviditate pendet, ab ipso modo partu auxilium exspectandum est; ne vero malum augetur, quiera sit faemina, atque abstineat a veneris exercitio. Si in plethorics ab exaestuatione oritur, aegra quiera se detineat in lecto; vena fecetur, potus sit refrigerans; omnia evitanda sunt animi pithemata vehementiora. Quando vero mulier vitae sedentariae nimis indulget, convenient ambulare aut aliud quemcunque leniorum motum voluntarium exercere. In solidorum debilitate tonica dentur leniora, et, si fieri potest, motus commendetur. Alvis clausa si in causa est, aperiatur clysteribus emollientibus et lenibus laxantibus. In utero si adest inflammatio, huic occurrentum est secundum leges therapeuticas, venaectione nempe, diluentibus,

an-

^{m)} MAURICEAU Obs. 65. 84.

ⁿ⁾ MAURICEAU Trair. des Malad. des femm. L. I. Chap. XXIII. p. 179. seq.

^{o)} l. c. Seit. 553. 554.

antiphlogisticis interne; externe vero topicis, fomentationibus scilicet arque injectionibus. Raro autem ars hoc in diro malo aliquid efficere potest, cum morte saepissime finiatur. Hernia tandem secundum praecpta chirurgica reponatur, fascia leniter adstringente abdomen circumdetur, omnesque evitentur vehementes motus.

Conducit quoque, sive ab hac, sive ab illa oriatur causa, si pedes, crura et femora fascia obvolvuntur, quo sit, ut robur muscularum atque vasorum augeatur.

In eo, quod in labiis infidet pudendorum, oedemate, omnis adhibenda est opera, ut mitigetur cum valde dolorificum est, nec miniori impedimento in partu. Externe itaque adhibeantur refrigerantia, discutientia ac tonica, et, si haec nihil efficiunt, praesertim instantे partu, et labia pellucida apparent, scarificantur, ut matariae stagnanti effluxus concedatur; postea tonica externe usūperantur p). Inflammatis vero labiis occurendum, ut supra dictum est, cum de uteri inflammatione egerim.

§. XXX.


Eandem quoque causam compressionem scilicet vasorum venosorum, ab uteri turgescentia ortam, agnoscunt Varices, qui sunt venae sanguine turgidae et tumentes. Infestant id quod frequentius est, et ultimis quidem praegnacionis mensibus, crura, a quibus sanguis difficilis per venas remeare potest.

In curatione diluendus est sanguis, quam ob causam sanguinis missio non minori gauder successu. Alvis subducenda lenioribus, vel clysteribus, vel laxantibus remediis. Cibus sit parcus et potus diluens, nimia quies evitanda, praeprimis infessio in sedilibus demissoribus. His adhibitis, et externe partium debilitati occurendum est. Optime vero hoc sit, dum pedes, crura et femora leniter constringuntur. Nec temere incidentur varices, cum saepe

in-

p) MAURICEAU l. mod. cit. ibid. et Obs. 81. 160. 163. STORCH l. c. Seit.

552. 553.



incisionem mala ulcera sequantur. Quodsi vero omnia frustra fuerint adhibita, ad ultimum hoc auxilium confugiendum est, uti fecit Cel. THEDEN^q). Hic enim faeminae octo mensium gravidae, et varicibus vehementer dolentibus, a malleolis ad abdomen usque tendentibus, laboranti, varicem maximo cum successu aperuit, hocque peracto, pedes ad abdomen usque fasciis circumdebet. Quo facto, dolores cessarunt.

§. XXXI.

Ordo postulat, ut nunc de duobus agam affectibus, qui non raro periculosissimi evadunt, hernia nempe et uteri ac vaginae prolapsu. Utrumque hoc malum ita est comparatum, ut aegrae initio id minimi faciant, et, quanquam iam adest maius huius mali augmentum, raro tamen de hoc queruntur; quod oritur a ridiculo isto pudore, de quo et istius noxa bene pulcreve scriptis Ill. i y s t. G O D O F R. G Ü N Z I U S^r). Raro itaque Medicus, nisi attentior atque lepidior, et per ambages tantum, de his certior sit affectibus. *Quo autem minus faeminae, inquit Ill. GÜNZIUS^s) hoc vitio (hernia) laborantes, id sinunt ad medentium notitiam pervenire, eo magis hos cautos et circumspectos esse oportet, in omnibus, praecipue iis faeminarum morbis, qui videntur in ventre sedem suam habere. Quid enim frequentius est, quam tales mulierum morbos frustra curari, qui facillime tolli potuissent, modo medenti de hernia constitisset?*

§. XXXII.

Omnis vero, ut nemini non innotuit, herniarum species nomen nanciscuntur vel a loco, quem occupant, vel a viscere, quod e suo loco emovetur.

Non

^q) Vid. E I V S D. Neue Bemerk. und Erfahrung, der Wundarzneikunst und Medizin. Berlin 1771. Seit. 17.

^r) Observat. anatomico-chirurg. de herniis libell. Lips. 1744. Cap. I.

^s) l. mod. cit. Cap. XXIII. p. 106.

Non minor exstat herniarum numerus, de quo mihi sermo non erit. Duplex autem est species, quae a situ nomine accipit, et qua gravidae ut plurimum laborare solent, *umbilicalis* nempe et *inguinalis*. Sunt quidem, qui putant, herniam inguinalem, id quod quandoque accidit, nisi cum sacco hernioso concreta sit, durante graviditate evanescere, hocque ab eo pendere, quia intestina ab uteri augmentatione superiora versus premuntur; e contraria parte umbilicalem frequentiorem esse ²⁾). Monstrant vero observationes DE LA MOTTE ³⁾, herniam inguinalem gravidis umbilicali frequentiorem non esse.

§. XXXIII.

Causae herniae in universum sunt omnes eae, quae illam et in aliis hominibus excitare possunt ⁴⁾). Quae vero graviditatis tempore accidere solent, in sequentem ordinem possunt redigi:

- I. Praecipua et frequentissima fere omnium est turgescentia ute-ri, totum abdomen expandens, et eius moles, quae haud difficile, ut in Chirurgia docetur, peritonaeum vel debilitat, vel disrumpit, ut dislocatio visceris e cavo suo, in quo situm est, oriatur.
- II. Omnes agitationes corporis vehementiores, quae abdomen conciunt, quorsum spectant: saltus, tussis, vomitus, sternu-tatio, cachinnus, singultus, tenesmus, et, quae cum hoc coniuncta est, pressio in alvo evacuanda, caet.
- III. Constrictio abdominis, orta ut plurimum a thoracibus ⁵⁾.
- III. Violentiae externae abdomini illatae, ut sunt: ictus, casus, concussio, caet.

§. XXXIII.

²⁾ PLENK I. c. Seit. 181. ³⁾ Liv. III. Chap. VIII., pag. 580. sequ.

⁴⁾ Ill. GÜNZ. I. c. Cap. VIII. p. 23. sequ. Ill. HEISTER Instit. Chirurg. Amstel. 1739. Pars II. p. 784.

⁵⁾ Noxas, quae in gravidis a thoracibus oriri solent, pulcre descripsit Beat. IOAN. ZACHAR. FLATNER in diff. de Thoracibus, Lips. 1735. §. 3. et 4.


 §. XXXIII.

Cum autem symptomata urgentia ab hernia oriri possint, ut sunt: alvus stricta, vomitus, dolor intestinorum, quid? quod incarceratio ipsa, quam non infreque, et quidem subito, inflammatio, gangraena et mors subsequi solent, ita ut vel robustissimus homo subito animam efflet: omnis itaque adhibenda est opera, ut gravidae ab hoc malo liberentur.

Duae vero indicationes formari possunt:

- I. Hernia reponenda est. Quomodo id fiat, Chirurgia docet ^{a)};
- II. Facta repositione, quietum vitae regimen commendandum; et bracherium applicandum.

§. XXXV.

Fieri quoque potest, licet id rarissimum sit, ut ipse uterus e suo loco emoveatur, indeque fiat *uterina' hernia*. Sic legitur causis notatu dignissimus apud SENNERTVM ^{a)}. Vietoris uxor, cum maritum in pertica incurvanda iuaret, ab eadem resiliente percussa fuit ad sinistrum inguen. Paulo post in hoc loco tumor oboritur, initio quidem parvus, brevi vero tempore tantum incrementum sumvit, ut nullo modo intra abdomen recondi posset. Apparuit postea hanc miseram gravidam, et uterum cum foetu in se contento in abdominis sacco conclusum esse, qui eucurbitae oblongae modo propenderet. SENNERTVS infantis motum et tactu et visu percepit. Cum vero nihil aliud superesse videbatur, ute-
ro dissecto, foetus vivus, salvus, et incolumis cum secundinis ex-
tractus est. Praeter hunc similem alium casum adducit quoque SEN-
NERTVS ^{b)}, nec absimilem recenset REGNERUS DE GRAAF ^{c)}. Patet ex his, quam periculosisimi quandoque sint herniae exitus, nisi iam initio reponantur.

§. XXXVI.

^{a)} Ill. GÜNZ l. c. Cap. XI. p. 38. DE LA MOTTE Obs. 317—321.

^{a)} Præf. Medic. L II. part. I. Cap. 9. et L III. part. I. Sect. II. Cap. 16. Eunden casum describit MICH. DOERING in Epist. ad Hildanum. Vid. HV-
IVS Opera p. 893 sequ.

^{b)} L III. part. I. Sect. II. Cap. 16. p. 106. ^{c)} l. c. Cap. VIII. p. 114 sequ.


 §. XXXVI.

Multum olim disputatum est, an vere existeret uteri prolapsus, nec ne ^{d)}? Nostris autem temporibus ne unus quidem Medicorum illius existentiam in dubium vocabit.

Duplex est species prolapsus, vel tantum in vaginam usque descendit, nec in conspectum venit, sed tactu solum percipitur, vel extra pudenda prolabitur. In priori casu uteri *descensus*, in posteriori *prolapsus* s. *procidentia* audit. Prolapsus s. procidentia, vel cum vel absque *inversione* existit. Is, qui cum inversione conexus est, quanquam et alio tempore accidero potest ^{e)}, post partum tamen frequentissime evenit; si nempe secundinae adhaerent, et funiculus umbilicalis multum et ruditer trahitur, vel si obstatrix manu non secundinas, sed uterum ipsum prehendit, et adducit ^{f)}; et cognoscitur ex ipso tumore, si globosus propendet ^{g)}.

§. XXXVII.

Cum autem inversio uteri haud facile, quid? quod plane non durante gravitate accidere queat, de illis potius dicamus prolapsus speciebus, quae tempore praegnacionis oboriri possunt, de descensu scilicet et prolapsu absque inversione.

Generaliter vero oritur hoc malum a quacunque causa, quae vel uterum et eius ligamenta, quae eum in situ retinent, debilitat, vel tanta vi in ipsum agit, ut descendere cogatur. ALEXAN-


F 2 DER

^{d)} HEISTER I. c. Part. II. Cap. 157. p. 1084. Ill. HENCKEL, Praeceptoris atque Fautoris ad cineres colendi, *Abhandl. von der Geburtshilfe*, Berl. 1761. §. 595—597.

^{e)} Vid. HEISTERI diss. de prolapsu uteri cum inversione extra partus tempus a terrore orto, Helmst. 1750.

^{f)} Ill. PLATNER *Instit. Chirurg. rational.* Lips. 1745. §. 1444. MAURICEAU *Traité des malad. des femmes gross.* Liv. III. Cap. VI. pag. 390 squ. et Obs. 355. HILDAN. I. c. p. 904. REGN. DE GRAAF I. c. p. 146. PETRI DE MAR-CHETTIS *Chirurgische Observar.* Nürnb. 1676. Obs. 61. Seit. 146.

^{g)} RUY SCHII *Ob. anatomico-chirurg.* Cent. Amst. 1691. Obs. X. p. 16.



DER MASSARIAS ^{h)} iam dixit: *Caeterum sicut diximus cum Galeno, uterum ad superiores partes non moveri posse, ita altera ex parte certum est, uterum ad inferiores partes frequenter decedere, cum totus aliquando ad pudendum, vel extra egrediatur, quod sensibus sit manifestissimum.* Causae vero huius symptomatis plures possunt afferri internae et externae, quaecunque ligamenta uteri possunt laxare et disrumpere. Sic igitur externa vocisratio, insignis tussis, violenta sternutamenta, et frequentia cursus, saltus, casus, ponderis levatio, percussio immoderata, venus et potissimum in ipsa purgatione puerperii, vel paulo post purgationem, improvisi tristes nuncii, caet. Sic interna nimia vasorum uteri relaxatio et humiditas, resolutio, apostema, corruptio, difficilis abortus, foetus nimium grandis et gravis, violentus partus, importuna et violenta detracatio foetus et secundinarum, immoderatae suppressiones menstruarum, purgatio copiosa, aqua in utero collecta, magna mola, magnus lapis, caet. Iam per se patet, interhas modo recensitas causas multas inveniri, quae in graviditate occurrere possunt. Fere incredibile videretur, uterum foetu et secundinis repletum extra pudenda prolabi posse. Monstrant vero huius veritatem observationes PIETSCHII ⁱ⁾, MÜLLNERI ^{k)} aliorumque Virorum celeberrimorum ^{l)}.

§. XXXVIII.

Fieri quoque posse, iam supra diximus, ut vaginae oborti-
tur prolapsus. Necesse itaque est, ut adsint signa characteristica,
quibus distinguitur, utrum sit vaginae, an uteri prolapsus. Co-
gnosci-

^{h)} Praelect. de morb. mulier. Lipf. 1600. p. 230. et 231.

ⁱ⁾ In *Journal de Médecine, Chirurgie, Pharmacie, caet. Supplément à l'année 1770.* Tom. 34. referente III. RICHTER IN *Chirurgischer Bibl.* Bd. I. St. 4. Seit. 5.

^{k)} Vid. EIVS *Wahrnehmung von einer samt dem Kinde ausgefallener Gebähr-
mutter, nach einer neun monathlichen Schwangerschaft*, Nürnberg. 1771.

^{l)} Ephém. N. C. Dec. II. An. 3. p. 375. *Mémoires de l'Académie de Chirurgie,* Tom. III. p. 368.

gnoscitur vero uteri prolapsus ex ore uterino, quod oblongum prominet, et, si stylus in hoc immisus ad uteri usque fundum transit; cum aliter res se habeat in vaginae prolapsu.

§. XXXVIII.

In curatione utriusque mali duabus indicationibus satisfaciendum est:

- I. Pars prolapsa reponenda; qua de re Chirurgia consulenda ^{m)}, et
- II. reposita sustentanda, ne rursus prolabatur, quod perficitur, si pessus ⁿ⁾, vel id, quod *Cel. FRIED* descripsit, bracherium ^{o)} applicatur; hisque peractis roborantia externa et interna adhibenda sunt.

Caeterum quieta sit aegra, omnesque animi affectus vehementiores sunt evitandi.

§. XXX,

Vaginae prolapsus quadruplex existit species, vel pars superior prolabitur, vel pars inferior prominet, vel pars superior et inferior simul protruduntur, vel denique una vel altera harum partium intra pudendorum labia tantum haeret ^{p)}.

Causa huius affectus est debilitas et prolongatio vaginae, quae a causis (§. XXXVII.) recensitis originem ducere potest. Inde non mirum, hos affectus et tempore graviditatis produci posse.

Dignoscitur vero vaginae procidentia a tunica ipsius rugosa, et eo, ut dicit *III. HEISTER* ^{q)}, quod *vagina ad instar magni an-*

F 3 nuli

^{m)} Vid. *HEISTER* *Instit. Chirurg.* Part. II. p. 1089. et 1090.

ⁿ⁾ *HEISTER* I. mod. cit. p. 1090. et 1091. *III. HENCKEL* I. c. §. 607 — 620.

De methodo optime pessos conficiendi scripsit *Cel. LEVRET* in *Journal de Medicine, Chirurgie, Pharmacie*, caet. Tom. mod. cit. Vid. *III. RICHTER* I. mod. cit. Seit. 13. u. s. f.

^{o)} I. c. Seit. 224. et Tab. VI. Fig. 2. ^{p)} *III. HENCKEL* I. c. §. 624.

^{q)} I. mod. cit. p. 1094.

❧

nuli cuiusdam cruenti, duri atque inflammati prolapsa esse deprehendatur.

Methodus medendi in eo consistit, ut, quo citius, eo melius, pars in situm naturalem restituatur, et, hoc peracto, ne iterum prolabatur, sustentetur. Prius facile perficitur, nisi pars prolapsa iam inflammata sit, cui antea medendum erit ^{r)}. Posterior autem postulat, ut pessus oviformis applicetur ^{s)}.

Et quod reliquum est, quies et alvi subductio, atque roborantium applicatio non est negligenda.

§. XXXI.

Praeter eos, quos adduxi, duo adhuc sunt affectus maximi momenti, haemorrhagiae nempe et abortus, de quibus nunc agam. Superfluum esset, si demonstrare vellem, haemorrhagiis gravidas obnoxias esse, cum omnibus hoc notum sit. Docent observationes, praegnantes haemorrhagia narium ^{t)}, vomitu cruento ^{u)}, mihi cruento ^{v)}, et haemorrhagia a disruptis varicibus

^{r)} Ill. HENCKEL l.c. §. 630.

^{s)} Cuius descriptionem atque iconem dedit Cel. THEBESIVS in *Hebammenkunst*, Liegnitz 1759. Tab. 10. Fig. XVI*.

^{t)} STORCH l.c. Caf. 30. 32. 67. 120. 122. 181. 231. 272. 285. DE LA MOTTE Liv. III. Chap. XI. Obs. 211. 212. p. 372 sequ.

^{u)} SALMUTH l.c. p. 82. STORCH l.c. Caf. 50. 185. M. N. C. Dec. I. An. 9. et 10. Obs. 6. p. 45. et Obs. 20. p. 68. Ibid. Dec. I. An. 4. et 5. Obs. 195. p. 248. referente STORCHIO.

^{v)} STORCH l.c. Caf. 34. §2. 168. WHYTT l.c. Seit. 184. casum recentet memorabilem, in quo narrat: faeminam quandam, ter gravidam factam, sub quavis graviditate, a quarto gestationis mense ad quindecimum usque diem ante partum, absque periculo mihi cruento laborasse. SALMUTH l.c. p. 128. mulieris gravidae mentionem facit, cuius menses per urinam movebantur statim et iustis temporibus seu intervallis, et fari sufficienit quantitate. Enirebatur quidem feliciter filiolum, is tamen paucos post menses, epilepticus obibat, cætera sanus.

bus ortum ducente ^{y)}, laborare posse. Cum autem hae species haemorrhagiae, quod fere semper fit, negligentia tantum periculose evadere queant, et ordinario haud magnam adferant noxam, si caute diudicantur: de ea nunc, ne moles augeatur Dissertatio-
nis, modo agam, quae gravidis frequentior et omnium fere affe-
ctuum pericolosissima est, de uteri scilicet haemorrhagia.

§. XXXII.

Supra diximus, existere faeminas, quae et tempore graviditatis menstruis gaudent. Ne itaque haemorrhagia uteri cum his, si forte oborirentur, confundatur: necesse est, ut de differentiis specificis agam, inter fluxum menstruum graviditatis tempore ob-
venientem, et uteri haemorrhagiam.

Distinguitur vero haec ab illo sequenti modo:

- I. Haemorrhagia non statim solitoque apparet tempore, uti cata-
meniorum fluxus.
- II. Copiosior est fluxu menstruo.
- III. In haemorrhagia sanguis est floridus, grumosus, corpori-
bus fibrosis commixtus; alio vero modo res se habet in
menstruis.
- III. In haemorrhagia sanguis profluit subito, et undatim, ad-
sunt acerbissimi ad partum dolores; cum contra in mensibus
lente et sine doloris sensu profluit.
- V. In haemorrhagia orificio uteri ad internam usque apertu-
ram apertum reperimus, ita ut, haud magna difficultate, unus
aut

y) Vid. CASP. PEZOLO *Observ. medico-chirurg. selectior.* Uratisl. 1715. Obs. 45.
p. 79. ubi casum recenset: *de varicibus in una graviditate bis sponte apertis,*
absque marris efficiens laesione. STORCH l.c. p. 109. resert casum: ubi haemorrhagia
per varices gravidae lethalis fuit. In M. N. C. Dec. I. An. 10.
p. 435. legitur: *in una graviditate octies varices, absque ulla noxa, esse aper-
tas.* FORESTUS Lib. 29. Obs. 24. de muliere gravida narrat, quae, octavo
graviditatis mense, haemorrhagia per varices, a corrosione et ruptura orta,
laborabar, et tres libras cruxis absque noxa perdebat.



aut plures immitti possint digiti; quae omnia in fluxu menstruali aliter sunt comparata.

VI. In haemorrhagia sanguis ex uteri cavo profluit, in menstruis vero ex illius cervice.

VII. In haemorrhagia praegressae sunt causae, quae abortum provocare possunt; quod non sit in fluxu menstruo.

VIII. In haemorrhagia vires decrescent, oriuntur ab inanitione convulsiones, lipothymiae, quas mors non raro insequitur: quae vero non timenda sunt in catameniorum fluxu.

§. XXXIII.

Periculosisimi huius mali causae sunt, primo, solutio placenta ab utero, quo sit, ut patula magnorum vasorum uterinorum orificia sanguinem effundant; deinde disruptio vasorum chorionnectentium; denique ruptura vasorum, funiculum umbilicalem constitueantium ^{a)}. Remotiores causae sunt, ut in aliis haemorrhagiis, violentiae externae ^{a)}, animi affectus, similia.

§. XXXIV.

Signa eventum haemorrhagiae praesagientia potissimum haec sunt:

I. Quo partu est proprietor, eo periculosior est. Testatur PUZOS ^{b)}, multiplex experientia sibi constitisse, ex uteri haemorrhagia raro periisse gravidas, si mensem quartum vel quintum superaverint graviditatis, nisi alias morbus periculosus simul adfuerit, vel necessarium artis auxilium defuerit. Longe peioremetuebat eventum, si septimo, octavo, vel nono mense idem contigerit, licet enim plerumque minus valida foret, haemorrhagia ante partum, quam in aliis abortibus, tamen plurimae ex his, non diu post partum moriebantur.

II.

^{a)} DE LA MOTTE Liv. III. Chap. VIII. Obs. 107. p. 362.

^{b)} MAURICEAU Trait. des malad. des fem. gross. Liv. I. Chap. XXI. p. 158 sequ.

^{b)} Vid. VAN SWIETEN l. c. p. 486. et ALLEN Abregé de toute la Medicine pratique, à Paris 1741. Tom. V. Art. 2136. pag. 161.

II. Faeminae si per uteri haemorrhagiam non pereunt, tamen haud difficile in morbos chronicos, quorum causa est copiosa et subita sanguinis iactura, incidere possunt, in cachexiam, hydropem, caer. Sic vidit *Perill. VAN SWIETEN* ^{c)} mulierem, quae post validissimam uteri haemorrhagiam frequentia et diurna animi deliquia patiebatur: cum autem praeter omnem fere spem evasisset, et suo tempore peperisset infanrem, sed debilem et paucis diebus tamen superstitem, non potuit de lecto surgeire, quin statim adcesset valida cordis palpitatio cum summa anxietate: misera per duodecim annos lecto affixa mansit, cacterum satis sana, modo quisceret. Addit causam huius. Credibile admodum videtur, inquit, in longis illis et frequentibus animi deliquis stagnantem circa eor et maiora vasa sanguinem in pulmum concrevisse, qui accelerato per motum corporis venoso sanguini obstraculum faceret statim.

III. In omnibus uteri haemorrhagiis abortus metuendus est.

§. XXXV.

Si adeat haemorrhagia uteri, et abortum metuimus, et faemina iam dolores ad partum leviores sentit, absque aliis symptomatis vehementibus; abortus quandoque praecaveri potest, si sequentia adhibentur. Quieta iaceat faemina in lecto, vena seccetur in brachio, et, si opus est, reiteretur, alvus clausa clysteribus, vel lenissimis laxantibus aperiatur, nec incongruum erit, si manuvia ^{d)} adhibentur; cibus sit parcus, frequens, eupeptus, potus refrigerans, acidulus, tepidus. Profundit quoque anodyna leniora; reiicienda vero adstringentia. Spernendum tamen non est, si lana vino adstringente, aut aqua frigida, madida facta abdomen tegitur. Quodsi vero haec nihil efficiant, et dolores mitigari nequeant, sed potius vehementiores evadant, et sanguinis profluvium

c) l. c. p. 489.

d) Vid. SAM. SCHAAERSCHMIDT *Medic. und Chirurg. Nachricht.* I. Jahrgang Berlin 1742. Seit. 322.



vium augeatur, omniaque symptomata urgentia fiant: nihil tunc abortum impedit, de quo in sequentibus dicam.

§. XXXVI.

Cum in foetu excludendo tria facile assumere possimus stadia, primum nimirum, quando *maturus*, alterum, quando *praematurus*, tertium denique, quando *immaturus* excluditur foetus ^{e)}: Abortus mihi audit: *partus*, quo foetus *immaturus* excluditur, hoc est, ante septimum praegnitionis mensem. Amplectimur itaque definitionem *ILL ROEDERERI* ^{f)} recusando notionem *ILL. v. OEGELII* ^{g)}, quod sit *sanguinis ex utero gravido profusum, cum foetu immaturo aut mola subsequente*, cum, ut iam supra dixi, de vera graviditate, non vero de mola nec aliis falsae graviditatis speciebus, agam. Qui tamen inter abortum, qui primo accidit graviditatis mense, qui et *Effluxus* ^{l.} *Abortus* dicitur, et abortum a primi mensis fine usque ad septimum mensem, differentiam instituere velit, is cum *Perill. VAN SWIETEN* consentire potest, quod abortus sit: *sanguinolenta foetus immaturi expulsio* ^{h)}.

In universum duplex est abortus species. Nam vel cum vel sine placentae solutione contingit, et accidit ut plurimum, consensu fere omnium auctorum, circa tertium graviditatis mensem, cuius ratio in eo consistere videtur, quod hoc tempore debilior adhuc est nexus foetus cum utero, et in plethorici mulieribus, quae antea copioso menstruorum fluxu gaudere solebant, uteri vasa sanguine nimis turgida sunt ⁱ⁾.

§. XXXVII.

Si ad causas, abortum producentes, respiciamus, earum proxima est contractio uteri ad foetum expellendum sufficiens, extra legitimum partus tempus; nec suscribo sententiae aliorum, qui

aper-

^{e)} ROEDERER I c. §. 716. p 288.

^{f)} I. c. ibid.

^{g)} *definit. gener. morbor.* p. 8 n. 97.

^{h)} I. c. p. 468.

ⁱ⁾ VAN SWIETEN I. c. p. 469.

apertio nem oris uterini naturaliter clausi^{k)}, ut proximam agnoscunt causam.

Remotae, Medicorum more, in *disponentes* et *occasionales* dispescuntur. Disponentes uteri habitum ita parapt, ut, accedente stimulo quodam, facile contrahatur; occasionales vero stimulum adferunt, vel eam, quae uterum extendit, removent causam^{l)}. Notandum vero, quod rationem, ut aiunt, saepius inversam inter se habeant. Quo maior enim est causa disponens, eo minor causa occasionalis esse solet, et vice versa.

§. XXXVIII.

Cause disponentes^{m)} sunt: uterus ipse, qui singulari laborat habitu, ut scilicet ultra determinatum quandam gradum extendi nequeat; inde oriuntur abortus periodici, habitualesⁿ⁾. Deinde uterus quoque valde sensibilis, qui vel a levissima mutatione ita afficitur, ut mox se contrahat. Posthac nova abortus causa inde exsurgit, quod

Illi opifex rerum, mundi melioris origo,
Pronaque cum spectent animalia caetera terram,
Os homini sublime dedit, coelumque tueri
Iussit, et ersetos ad sidera tollere vultus;

quin fluxus menstruus, quo faemina, prae reliquis animalibus, gaudet^{o)} ad eundem disponit. Porro, foetus si nutrimentum deficit, quo sit, ut placenta cum utero laxius cohaereat, nec foetus in iustam molem ex crescet, nec utero satis resistat, ita ut foetus exitus levissimam irritationem sequi possit. Quorsum et foetus mortuus spectat. Denique plethora utero molesta, quae vasa distendit, nervos comprimit, lacerat, placentae nexum solvit, sanguinisque afflumum efficit^{p)}.

§. XXXVIIII.

k) Vid. IOAN. ADOLPH WEDEL diff. de *Abortu*, Ien. 1741.


l) ROEDERER I. c. §. 718. p. 289. FLENK I. c. Seit. 387.

m) ROEDERER I. c. §. 74.

n) Vid. III. BOEHMER, Praeceptoris atque Fautoris omni pietate devenerandi, diff. de *Abortu habituali*, Hal. 1772.

o) Cui sententiae favet JOHN BURTON in *New System of Midwifery*. Qui liber ex recensione III. VOGELII mihi tantum notus est. Vid. H VIVS *Nova Medic. Biblioth.* Band II. St. V. Seit. 389.

p) ROEDERER I. c. §. 721. p. 290. IVNCKERI *Conf. Medico-pract.* p. 975.



§. XXXXVIII.

Occasionales causae sunt: *Externae violentiae*, matri illatae, quae partim uterum ad contractionem irritant, partim sanguinis affluxum ad ipsum ita determinant, ut placenta solvatur; quorsum spectant: casus ab alto ^{q)} iectus, percussionses abdominis, uteri confusiones ^{r)}, lapsus. Huc quoque pertinent omnes corporis agitationes ut saltatio ^{s)}, cursus, equitatio, cachinnus, sternutatio, tussis, vociferatio, vomitus, singultus, gestatio oneris gravioris ^{t)}, caet. nimium exercitium, quo sanguinis augetur versus uterum affluxus, orgasmus excitatur, abdomen concutitur, et ad contractionem uterus sollicitatur ^{u)}. Porro medicamenta fortiora, venena, efferae haemorrhagiae, vel naturales, vel artificiales.

Deinde *animi pathemata* ^{x)}. Terror et ira omnium fere sunt pessima. *III. BOEHMER* ^{y)} *gravidae trium mensium* mentionem facit, *quae improviso fragore, a disploso sclopeto, terrore correpta repente horripilationes sentiebat; sequebantur exagitaciones sanguinis, vertigines atque spasmi varii, et tandem non sine graviori periculo foetum abortivum edit misera.* *BALTHAS. TIMAEVS VON GULDINKLEE* ^{z)} refert: *faemina quandam gravidam iter facientem, inopinato nato terrore perculsam, foetum exclusisse.* *ANGELVS VICTORIVS* ^{a)} sequentem adducit casum: *Mulier quae-dam*

^{q)} DE LA MOTTE Obs. 137. p. 253.

^{r)} Vid. BÜCHNER diff. de Contusione uteri, eiusque effectibus in gravida, Hal. 1753.

^{s)} *III. BOEHMER* in diff. de causis infanticidii impunis, Hal. 1771. p. 9. de faemina narrat, *quae saltem amatrix, incautor quodammodo hoc exercitii genere sanguinem excaecans, iam aliquot abortum passa est, et vid. DE LA MOTTE Obs. 138. p. 255.*

^{t)} Vid. DE LA MOTTE Obs. 134. p. 150. Sic nota mihi est faemina quaedam, quae quarto graviditatis mense canistrum (einen Tragekorb) pane, farina leguminibusque repletum, per sesquimillarium portavit, quo facto, postridie abortum passa est.

^{u)} Vid. *III. ZIMMERMANN von der Erfahrung*, Th. II. Seit. 369 u.s.w.

^{x)} Vid. HOEFFMANNI Medic. ration. syst. T. IIII. Part. III p. 554.

^{y)} in diff. mod. citat. pag. 7. ^{z)} in *Refp. Medic.* 74. ^{a)} Consult. Medic. 74.

dam utero gerens cum alia vicina a verbis ad verbera devenit, et inde non leve capitis vulnus reportavit, sine noxa tamen; vindictae vero cupiditate flagrans, post aliquot dies alteram lethaliter iterum vulneravit, et postea demum abortivit. IVSTVS VESTVS b) annotavit: mulierem quandam civitatis Erfordiensis inquilinam ira quam maxime commotam tres filiolas uno partu abortivo exclusisse demortuas.

Porro morbi varii, ut sunt: febres c) acutae, continuae, contagiosae, inflammatoriae, dolores, convulsiones d) diarrhoea

G 3

b) in diff. de mictione, cruenta, Thes. XII.

c) HIPPOCRAT. Aph. V. 55. v. D. LIND. Vol. I. p. 95. Quaecunque in utero habentes a febribus corripuntur, et fortius attenuantur, sine manifesta occasione, difficulter pariunt, et periculose: aut abortum facientes periclitantur.

d) Non possum, quin, hac data occasione, sequentem, qui mihi notatu dignus videtur, adducam casum.

III. GOLDHAGEN, Praeceptor atque Fautor omni pietate animoque grato ad cineres mihi coendus, qui me in exercenda praxi instituit, ad faciemnam septem mensis gravidam me misit, quae epilepsia laborabat. Erat vero haec annum unum et viginti nata, quae primum utero gerebat, tempore cholERICA; habitus eius corporis erat flaccidus, facies pallida, sublivida, oculi magni, torridi, turgescentes, lividi, natus subacutus, lingua praesertim in radice squalida, aderat appetitus prostratio, dolor et tumor hypochondriorum, una cum anxietatibus, aliis languida, urina pallida, aquosa, pulsus erat plenus. Affiebatur haec facies abinde quatuordecim diebus per mythelemeron decem, et quod excurrit, epilepsiae insutibus, quorum sanguis per semihoram, in quo quandoque per rotam fere horam, durabat. Incipiebat vero insultus primus in internis partibus, ita ut facies veluti mortua lecto affixa iaceret, deinde orbiebatur oculorum rotatio, postea rotatio capitis, quam concusio omnium miscelorum rotius corporis sequebatur; aderat sensuum cessatio. Iam ante meum adventum bis setta erat vena, liquor anodynus mineralis, aliaque anodyna, quid? quod et arcana quoddam, cuius descriptionem mihi ostendere nolueunt, quod autem, cum id adspicerem, nihil aliud esse videbar, ac pulvis epilepticus officinalis, absque ullo fructu, usurpara erant. Numquam antea laborabat hoc morbo, nec hereditate eum accedit, cum nec parentes, nec avi, nec proavi, aut aliis quisquam huius propin-

qui-



rhoa^e) dysenteria, lues venerea^f), fluor albus, praesertim mali-
gnus^g).

§. L.

Praeter has dantur quoque causae occasioales rariores, ut
funt: funiculus umbilicalis, vel nimis brevis, vel circa foetum va-
rie contortus, quo fieri potest, ut mediante motu foetus, placentae
pars solvatur, sanguinisque effluxus excitetur^h). Deinde uteri
vul-

guitatis, huic morbo obnoxii fuerint. Ex illis vero phaenomenis, quae ante de-
scripti, collegi, adesse cruditates in primis viis, praesertim in ventriculo, quae
quodsi forsitan non sint causa huius mali, concavitate tamen esse possent. Venam in
brachio fecari, lenosque clysteres iniici iussi; salia media cum Rheo in pulveris for-
ma praescripti, quibus gurgulas aliquor olei defillatae foenicula admixtandas curavi,
et, cum agrypnia laboraret, versus nocte aliquot gurgulas Laudani liquidi SY-
DENHAMII propinavi, et hoc modo per ostium continuavi. Quo facto in-
sultus epileptici leniores, breviores, nec iam frequentes apparebant. Propinavi
tunc lene laxans, ex Rheo, Manna, Foliis Sennae, sumul clysteribus emollientibus
maritino et vespertino tempore adhibitus. Projiciebatur illico per akum magna copia
materiae cuiusdam ex virido atrae, foetidae. Continuavi pulverem supra descri-
ptum iterum per ostium, ubi intra nycthemeron unus tantum adfuit paroxysmus;
recuperabat aegra appetitus ciborum, hilaris siebat vulnus, lingua pura; cessabat
tumor et dolor hypochondriorum. Nunc iterum praedictum pulvorem adhibui,
adiuncto sonico quodam ante et post prandium, ad partus diem; labente hoc rem-
pore intra octo et quadragesima horas uno tantum afficiebar paroxysmo; ipseque
morbus post peractum felicem partum, cui praefuit, et in quo filolum suum et
robustum enixa est, plane cessavit. Gaudent adiuc mater et infans optima vale-
tudine.

- e) HIPPOCRAT. Aph. V. 34. V. D. LIND. Vol. I. p. 93. Mulieri uterum ge-
stanti si alvus mulcum fluxerit, periculum est, ut abortus fiat. et CELS. Edit.
Cel. KRAYSE Lips. 1766. p. 61. Mulieri gravidae sine modo sua alvus elidere
partum potest. DE LA MOTTE Obs. 128. p. 240. Vid. contrarium huius
asserti seu potius exceptionem in BÜCHNER diss. de Abortu ob chronicam
diarrhoeam non semper metendo, Hal. 1767.
- f) Ill. BOEHMER diss. de Abortu habit.
- g) IVNCKER L. mod. cit. p. 976.
- h) ROEDERER L. c. §. 723, et MAURICEAU Obs. dernier. Obs. 103. p. 51.

vulnus ⁱ⁾. Porro uteri morbi locales: scirrus, tumor, ulcus, sarcoma. Denique placentae et funiculi umbilicalis morbi, qui foetum nutrimento privant ^{k)}. Tandem placenta uteri cervici adhaerens, ab eiusdem incremento soluta ^{l)}.

§. LI.

Recensitis itaque abortus causis, de hoc ipso nunc dicam. Tria vero assimi possunt abortus *stadia* ^{m)}, *primum* nimirum, quando placentae nexus cum utero incipit solvi; *secundum*, quando magna uteri vasā, quae cum placenta communicant, sanguinem effundunt; *tertium* denique, quando foetus immaturus utero prodit. Adducamus nunc signa, quae abortum praesagire solent. Sunt vero:

- I. Si mammae sponte extenuentur, aut lac aquosum ex his manet ⁿ⁾.
- II. Si latera superusque venter angustentur ^{o)}.
- III. Si sensus adsit insolitae gravitatis et lassitudinis, quandoque abolitus foetus motus.
- III. Si faeminae horrore, frigore affligantur, doloribus vagis in abdomen.
- V. Si os uteri humidum reperiatur, mollius, apertum, si aquam loturae carnis similem stillet, et sanguinem purum, admixtis grumis, nunc maiori, nunc minori quantitate, excepto eo abortu, qui a succi nutritii defectu proficiscitur, et absque haemorrhagia contingere solet.

V. Si


i) Vid. RICHARD diss. de utero gravido una cum foetu vulnerato. Argent. 1735.

k) ROEDERER I. c. §. 723. lit. δ. l) Ibid. §. mod. cit. lit. ε.

m) VAN SWIETEN I. c. p. 468. 469.

n) HIPPOCR. Aph. V. 37. V. D. LIND. Vol. I. p. 94. *Mulieri uterum gestanti, si mammae repente graciles sunt, abortio.* Aph. V. 52. *Mulieri uterum gestanti si multum lac ex mammis fluit, debilem foetum significat, et 53. Quia corruptriae sunt foetus, his mammae graciles sunt.* CELS. p. 61. *Eidem (mulieri gravidae) si lac ex mammis profluit, imbecillum est, quod intus gerit, et p. 67. Mulieri gravidae si subito mammae emacuerunt, abortus periculum est.*

o) Vid. LOMMII Observ. medic. Francof. 1643. I. II. p. 222.



VI. Si prostratio virium adsit, nausea, palpitatio cordis, animi deliquium.

VII. Si doloribus afficiantur mulieres ventris, lumborum, ad os sacrum, inguinum, in uteri fundo, tenesmoideis p).

§. LII.

Progrédiamur nunc ad signa, quae abortus eventum praefagiunt.

In abortu graviores sunt corruptiones, quam in partu q).

Abortus cum haemorrhagia contingentes frequentiores sunt iis, qui absque sanguinis profluvio accidere solent.

Si mulier grava sanguinis profluvio corripitur, accidente extremonum frigore, pulsu debili, celeri, intermittente, oculorum caligine, aurium siccitate, praecordiorum anxietatibus, lipothymiis frequentioribus, sudore frigido, motibusque convulsivis, timendum est, ne mors insequatur r).

Sanguinis profluvio nimium perdurante, mater vel mox a facto abortu, vel hecūco tandem morbo consumpta, moritur; vel debilis et valetudinaria manet, quamvis extractus fuerit foetus s).

Fe-

p) HIPPOCR. de Morb. mul. L.I. 42. v. D. LIND. Vol. II. p. 443. et 444.
Si mulier in utero habens ventrem aut lumbos doleat, formidare oportet, ne foetus tum per abortum edat; pelliculis, qui ipsum continent, rupis. Aph. VII. 27. Vol. I. p. 104. Mulieri uterum gerenti tenebris accedens abortire facit.

q) ROEDERER I.c. §. 728. HIPPOCR. de Morb. Mulier. L.I. 98. v. D. LIND. Vol. II. p. 486. Eadem vero sunt affectiones ex puerperii purgamentis, et ei quae corruptio foetus, et ei quae peperit, si menstruum corruperit foetus, magis periclitantur. Corruptiones enim graviores sunt, quam partus. Non enim fieri potest, ut circa violentiam foetus corrupatur, aut pharmaco, aut potu, aut cibo, aut subdilitatis medicamentis, aut aliqua alia re. Violentia vero malum est. In huiusmodi periculum est, ne uteri exulcerentur, aut inflammentur. Hoc autem est periculofum.

r) HIPPOCR. Aph. V. 56. v. D. LIND. Vol. I. p. 95. In fluxu muliebri, convulsione et animi deliquium se accidat, malum est.

s) ROEDERER I. cit. §. mod. cit. n. 4.

Febri continuae, inflammatoriae, malignae, contagiosae, si abortus accedit, fere semper est lethale.

Placentae solutio difficilior est, quam in partu maturo ¹⁾.

Abortus, qui primo gestationis mense accidit, et *Aborsus s. Effluxio* dicitur, non semper cum sanguinis profluvio concomitantur, vixque notabiles efficit dolores: is vero, qui secundo aut tertio contingit mense, ut plurimum gravioribus est stipatus symptomatibus.

§. LIII.

In haemorrhagia si omnia sic se habent, uti (§. XXXXV.) descripsimus; optimum tunc est remedium, ne mater vita periclitetur, si ipsi abortum procuremus; quod sequenti modo sit. Fæmina nixus addat, caeterum omnia naturae relinquantur, excepto eo in casu, ubi symptomata maligna sunt, sanguis uno quasi rivo effluit, et velamenta iam disrupta sunt; tunc, cum nihil a natura sperandum sit, potius manus operatoris, secundum artis leges ²⁾, omnia perficiant ³⁾.

In utroque vero casu, et in haemorrhagia uteri, et in abortu, negligenda non est consideratio causarum praedisponentium aequa ac occasionalium, hisque conveniens methodus medendi, perita ex principiis pathologicis ac therapeutis.

¹⁾ Ibidem l. mod. cit. n. 6.

²⁾ ROEDERER l. c. §. 731—735.

³⁾ Vid. DE LA MOTTE Obs. 203. p. 354. Obs. 204. p. 357. Obs. 205. p. 358.

Obs. 209. p. 368. MAURICEAU *Traité des Malad. des Femmes gross.*

L. I. Chap. XXI.

Dem
Herrn Doktor Meier
am

Tage seiner Promotion

gewidmet.

O Freund, den heut verdiente Ehren schmücken,
Die sich Dein Fleiss errang,
Erwarte nicht ein Lob von kurzen Augenblicken,
Nicht niedern schmeichelnden Gefang.

Wen wahre Wissenschaft, wie Dich, vergnügte,
Wer so von seiner Pflicht
Wie Du bestelt, jedwede Schwierigkeit besiegte,
Bedarf des feilen Lobes nicht.

Sein Vaterland ertheilt ihm Ruhm und Würde,
Und ein belohnend Glück;
Und er empfindet nun die dankbarste Begierde,
Und kehrt glänzender zurück — — :

So wirst auch Du ein sicher Glück erlangen,
Und rühmlich von uns siehn;
Wirst dann die süßesten Belohnungen empfangen,
Und voll des regen Eifers glühn,

Die Wünsche Deines Herzens zu erfüllen!
Wirft dann die Todespein
Zurückeschüchtern; wirft den Schmerz der Kranken stillen,
Und Vielen Freudebeschöpfer sein!

Sieh, dies erwartet Dich! und diese Scene
Ist sie nicht reizend, Freund — ?
Entfleih, und sei beglückt, wenn Du die letzte Thizne
Dem Lehrer und dem Freund geweint! —

I. F. Seidel.
d. G. G. K.

Halle, Diss., 1773-74
X 2309444



DE
AFFECTIBVS GRAVIDARVM

CONSENSV ATQVE AVCTORITATE

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

IN REGIA FRIDERICIANA

PRO

G R A D V D O C T O R I S

LEGITIME IMPETRANDO

D. XXX. MENS. SEPT. A. CLOCCCLXXIII.

P V E L I C E D I S S E R E T

A V C T O R

IOAN. CHRISTIANVS FRIDERICVS IMMANVEL
M E I E R

MESERICIO - POLONVS.

HALAE SALICAE AERE HENDELIANO.